XLVIII.
F.
54

XLVIII
FF.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
F
54
NAPOLI

XLVIII
FF
7

IIIV.IX

Ingenua & vera

ORATIO AD REGEM CHRISTIAniſſimum perſcripta,

De eo quod poſtulatur: ut Ieſuitæ reſtituantur in regno Galliæ.

Vnà cum Locorum quorundam & Phraſeωn, quæ illis, quibus res Gallicæ non ita nótæ, obſcuræ, & dubiæ videri poſſent, DECLARATIONE.

EDITIO SECVNDA.

Quid Auctarii loco huic iteratæ editioni acceſſerit, auerſa docebit pagina.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

LVGDVNI BATAVORVM,

MDCIII.

IN HOC OPVSCVLO SVNT ISTA.

I. *ORATIO ingenua & vera ad Regem Chriſtianiſſimum perſcripta De Reſtitutione Ieſuitarum in Regno Galliæ. Ex prima editione Latina Lugdunenſi fideliter deſcripta.*

II. *ARESTVM ſupremæ Curiæ Pariſienſis, inclſum aureis literis pyramidi ex nigro marmore exſtructæ Pariſiis: cuius memorandi operis quadrilateri contrafacturam æneis typis excuſam dedit* Ioannes Clericus Anno 1597. priuilegio regi[illegible]munitam.

III. SERENISSIMÆ PRINCIPIS ELISABETHÆ, *Angliæ, Frāciæ, Hiberniæ Reginæ inuictiſſimæ, fidei Apoſtolicæ defenſatricis,* EDICTVM *contra Ieſuitas & Sacerdotes ſeculares,* Anno M D C I I. *die* XV. *Nouembr. Ex Anglico ſermone in Latinum conuerſum.*

IV. *ELEGIA Iac. Auguſti Thuani V. Cl. & Ampliſſ. Conſiliarii Regii & Præſidis Parlamenti Pariſienſis* IN PARRICIDAS. *Hanc deſcribi curaui ex fine Poematum Sacrorum Thuani, Pariſiis editorum* Anno M D X C I X. apud Mamert. Patiſſon.

V. *LOCVSTA ſiue IESVITA. Hoc carmen heroicum, ſumpſi ex Introductione in Artem Ieſuiticam conſcripta, editaque à Gabriele Bariaco Lermeo, Nobili Volca.* Anno M D X C I X.

VI. *EPISTOLA ſiue RESPONSVM Henrici* IV. *Chriſtianiſſ. Regis Gall. &c Hoc ex Gallico Latinum factum eſt.*

VII. EPISTOLA DIVI MAXIMILIANI II. *Rom. Imp. laudatiſs. & beatiſs.m ad* Lazarū à Swēdi *familiariter & grauiter ſcripta, & ex Germanico in Latinum ſermonem tranſlata.*

VIII. *Libellus ſupplex à Belgicis Statibus eid. D. Maximil. oblatus Spiræ An.* 1570. *unà cū* Apologetico.

IX. BENEDICTI ARIÆ MONTANI *Hiſpani Iudicium & Vaticinium de Ieſuitis & eorum grandi Myſterio, aliquando reuelando.*

X. EPISTOLA *Cl.* V. ISAACI CASAVBONI *apologetica ad Synodum Orthodoxarum Eccleſiarum Gall. Cerganiæ ad Ligerim congregatam.*

XI. Io. Paſſeratii *Cl. V. Profeſſoris Regii* Diſputatio *de Ridiculis.*

XII. EVCHARISTICON I. *Iacometi ob Geneuā liberatā.*

TYPOGRAPHVS LECTORI CHRISTIANO non-Ieſuano veram ſapientiam ſalutemque in Ieſu Chriſto precatur.

*Q*Vum ad manus meas peruenißet hæc de IESVITIS ORATIO, *Lugduni nuper impreſſa, omnino intereſſe arbitratus ſum Reipub. à quam plurimis eam legi, nec Galliæ tantũ finibus contineri.*

Sed longè lateq; virûm volitare per ora, idque propter inſignem ac multiplicem, quæ inde percipi poteſt, vtilitatem. Id cum viderem fieri non poſſe commode, niſi quis exemplar Gallicum imitatione in plura diffunderet propagaretque, facile in eam deſcẽdi ſententiam, vt editionem, quæ in paucißimorum ex noſtris hominibus manus conſpectũque venit, renouarem. Nihil dicam de inſi-

gni & eximio fructu huius orationis, neque mihi tantum arrogo, vt iudicium interponam meum: neque videri volo ambitioſis laudibus extrudere cúpere meas merces fucatas. Aliorum illæ partes erunt libere iudicãdi laudandique. Hoc vnum mihi concedi arbitror vt dicam, nõ hoc meum eſſe vnius, ſed multorum φιλοπατρίδων *commune votum, etiam (quod mireris) illorum qui in aliis omnibus rebus Eccleſiæ Romanæ dictata pro oraculis habent:* VT ET IN GERMANIA *noſtra apud nonnullos Principes & Respublicas quaſdam (quibus hæc ſecta iã nimis diu grauis eſt) talis aliquis orator, & perſuaſibilis quidem ſurgat, qui oſtenſis fructibus pernicioſæ illius ſectæ* LOYOLICÆ, *(quæ cõmuni Chriſtianorum nomine Antiochiæ primum nato & diſcipulis Ieſu impoſito, teſte Luca, non contenti, ſocios* IESV *ſeſe appellitauit) perſuadeat tandem omnibus, qui rerum potiuntur, pulcerrimum illud conſilium &* ἀνδραγάθημα *ſiue* κατόρθωμα τῆς Ἰησυϊτελασίας, *quod ſecuta eſt malis ſuis edocta, & ſapere coacta Gallia. Quod ſi nemo in noſtra gente (qua nulla olim fide & armis & ſtudio libertatis præſtan-*

tior

ſior fuit) os vinctum metu aperire audebit, & hos in lingua erit omnibus vel ſpe vel metu muſſitantibus: Vnum hoc videlicet ſupereſt rebus ferè deſperatis remedium, vt huiusmodi ſcripta in aliis emiſſa Regnis legamus tamen, atque inde excerpamus, & mutuemur, nobis quod ex vſu ſit, & quod ſapiẽtis eſſe aiunt, ex infortunio aliorum emẽdemus vel potius præcaueamus noſtrum. Hic quidem orator ſiue Hercules Gallicus *tanto apud omnes dignior fide eſſe debet in iis, quæ ad profliganda illa monſtra promit armis, quanto minus fauet* Lutheranis *&* Caluinianis *ſiue* Huguenotis *(ab vtriſque enim partibus ſe alieniſſimum profitetur) & quanto eſt* καθολικώτερος, *ſedisque Romanæ (quatenus illa non* φιλιππίζει*) obſeruantior.*

Atque hæc de illa Oratione, in eaque renouanda conſilio meo, quod me omnibus bonis probaturum confido. Nunc ad ea quæ tãquam liberalis propola adieci pro mantiſſa. Quum tantâ quosdam impudentiâ reperiri animaduerterem, vt negare auderent quæ ſunt veriſſima, compertiſſima, teſtatiſſima, Expulſionem dico IESVITARVM

ex Gallia: putaui me recte facturum, ſi & ipſa Areſti Pariſienſis verba in iſtos Nigros LOYOLITAS *pronuntiati, & in nigra pyramide marmoreâ in vrbe Pariſius aureis inciſi literis vnà exprimerem typis meis; cum præſertim & Orator iſte ſiue* Hercules Oginius *ſubinde in ſua Oratione ad id Areſtum pulcherrimum reſpiciat: quæ alluſiones eſſent futuræ obſcuriores, niſi ipſum quoque adderetur.* ELEGIAM THVANI *(at quanti viri.) cur ſubiecerim* Areſto & Epigrammatis *aliis, quæ vnà cum typo & delineatione* Pyramidis marmoreę *in vrbe Pariſius edita ſunt, non eſt quod multis reddam cauſſas, neque opus eſt Oedipo: ſicut nec de ceteris, quæ in hoc libello illam* IN PARRICIDAS ELEGIAM *ſequuntur: quæ inter primum obtinet locum* LOCVSTA, *multò quam vnquam antè, emendatius editum carmen. Huic proxima eſt* EPISTOLA, *ſiue* RESPONSVM Regis Chriſtianiſſimi, Ieſuitis reſtitutionem ab exilio petētibus datum. *Cui comitem dedi aliam* EPISTOLAM REGIAM ET IMPERATORIAM, *auro expendendam: de qua non poſſum*

ſum omittere quin referam hic magni viri iudicium, his verbis aliquando perſcriptum ad amicum, quo cum eam communicabat: Miramur & iactamus epiſtolas Platonicas, Ciceronianas, Iuliani Imperatoris & poſteriorũ. At ego plus pietatis in hac vna Maximiliani II. Imp. Epiſtola reperio, quam centenis & millenis aliorum, *&c. Quod iudicium eſſe veriſſimum, res ipſa loquitur. Vt autem hinc etiam ad eos redeat optatus fructus, qui Germanicam linguam non callent, curaui eam transfundi in Latinam.* BENEDICTI ARIÆ MONTANI *Iudicium de Ieſuitis tanto pluris eſt faciendum, quod is non ſolum Catholicus Romanus, ſed etiam Hiſpanus fuerit. Extat autem in* Bibliis interlinearibus *Antuerpiæ Anno* CIƆ.IƆ.XXCIIII. *editis.*

Reliqua etiam auctaria (ne de ſingulis cogar dicere) propter argumenti ſimilitudinem à nobis adiecta ſcire debes, Chriſtiane, Non-Ieſuane Lector, qui diſcipulum Chriſti, non ſociũ Ieſu te agnoſcis ac profiteris. Vale, & fruere hac opera noſtra: quam ſi tibi non ingratam fuiſſe ſenſero, curæ erit mihi, vt

breui ex officina mea habeas etiam alterum, memorabile opus ex Gallico Latinum factum. Eſt autem nuperrimè Pariſiis editum, hoc titulo: Catechiſme de Ieſuites, en forme de Dialogue, Trois liures.

ORATIO AD REGEM CHRISTIANISS.

FIeri vix poteſt, Rex Chriſtianiſſime quin variè animus tuus agitetur, cum tam multis precibus, quæ pro Ieſuitis vndequaque offeruntur, tum vero argumentis, quæ aduerſus eos adducuntur in contrariam ſententiam. Itaque exiſtimaui, officium meum leuamento fore Maieſtati tuæ, ſi ea paucis videat, quæ mihi propoſui in vtramque partem, ſepoſitis quam plurimis leuioribus cauſis & iis ſolum in conſilium miſſis, quæ grauiores ſunt, & quæ magni Regis animum poſſunt afficere in maximo argumento, cuius promptam expeditãque definitionem haberi neceſſe eſt.

Ac verum quidem eſt, ô Rex poſſe te plurimum Ieſuitarum reſtitutione ſatisfacere magnæ Catholicorum parti in regno tuo, qui eos ducunt vtiles ad nouas opiniones, quæ in cauſa religionis exiſtunt, conuellendas; teque eadem opera D. Cardinales non paucos tibi obſtricturum, qui eorum cauſæ

ſtudent multis nominibus: vel eo maximè, quod magnos labores ſufferunt ad fidem catholicam, & poteſtatem Pontificiæ Sanctitatis in orbe terrarum propagandam. Homines ſunt actuoſi, diligentes, ſtudioſi, animoſi, quibus multum ſedes illa debet; Venerũt in tempora rerum difficultatibus admodum circumfluentia.

Hæ ſunt, ô Rex, maximæ & præcipuæ cauſæ, quæ te poſſunt in illam partem commouere. Nam quod de iuuentutis inſtitutione dicitur, id magni fieri non debet: quia reuera, omnibus expenſis, plus damni literis quã vtilitatis attulerunt. Rationem breuiter explicabo.

Antequam veniſſent in Galliam, præſtantia quæque ingenia, & adoleſcentes ingenui literis operam dabant in Pariſienſi Academia: vbi ſemper ad viginti aut triginta ſtudioſorum agebant millia Gallorum exterorumque. Hæc tanta multitudo attrahebat eô doctiſſimos quoſq; & celeberrimos Europæ viros, ſiue eminendi animo, ſiue vtilitatis capiendæ. Lectorum publicorum loca à Rege Franciſco I. inſtituta captabantur ambitioſe, retinebanturque, per lumina literarum ſumma toto ante decennio quam eſſent vacua. In vnica *Gymnaſii Cameracenſis aula* meliores doctioresque lectiones vno menſe habebantur, quam toto anno poſtea in tota Academia, comprehenſis quoque Ie-

ſui-

ſuitis, fuerunt habitæ. Hi artem inuenerunt ſeſe conſtabiliendi paulatim in optimis quibusque ciuitatibus regni: atque hoc facto obſtruxerunt fontes, vnde tanta illa ſtudioſorum multitudo profluebat, eademque maximum bonum in alterū interuerterunt ad iuuentutem perueniens ſtudentem Pariſiis. Magis enim iuuentus excolebatur, & ſermone Gallico, & moribus, & ſtudio erga rempublicā totam, quam poſtea exculta fuerit, ex quo ſubſtitit in prouinciarum ſuarum finib.

Accedit altera ratio quam *Patauina* [a] Academia obſeruauit, cum anno cIↃ. IↃ x c I. apud Rempubl. Venetam de eis quereretur, quando fuit interdictum, ne aliis quam ſibi ipſis legerent, aliosve inſtituerent: nempe quod, prout Theologiæ incumbunt maxime, non alios ferme ſingulis ſuis claſſibus, excepta prima, præficiunt quam iuuenes, qui potius diſcunt ipſi quàm alios doceant: adeo vt pueri, qui indoctiorum iuuenum curæ ad annum vſque decimumquintum aut ſextum commiſſi ſunt, non fiant vnquam magni admodum. Paucos certe videmus de numero ipſorum, qui in congreſſibus emineant. Demonſtrauit res ipſa luculentiſſime Anno cIↃIↃ. x c IIII. quum eos libello ſupplice pulſauit Pariſienſis Academia. Nā de ſuo numero inueſtigauerunt aptum aliquē Aduocatum, qui cauſſam ipſorum ageret: quæ res aliquo pacto eam adiuuiſſet. Multos quidem

[a] Vide Notas & Scholia poſt Orationem.

à ſe inſtitutos, & omnis ætatis inuenerunt? qui verò graui cauſæ ſuſtinendæ eſſet idoneus, inuenerunt neminem. Quapropter ad optimum quidem patronum confugere eos oportuit, ſed qui nunquam ab eis quicquam didiciſſet. In contemplatione magis, quam in ſtudio & actione informant ſuos. Inter Medicos, quæ facultas eſt pleniſſima ſcientiæ, pauci ſunt qui præluceant de ſchola ipſorum. Litteris humanioribus & arcanis linguarum minus dãt adhuc operam. Vera verte profeſſio ipſorum eſt *Theologia:* hic illis theſaurus, hic Marathon, in quo verſantur plurimum: ideoque ingenia excitata & acumine aliquo prædita deligunt tempeſtiue: qui in manus ipſorum venerunt, effugiunt raró: diuerſarum gentium turba miſcella eſt, iuuant, & ſtudia inter ſe conferunt. Neceſſe eſt denique fateantur omnes, illos diſputationibus huius ſcientiæ, aliarum reginæ, excellere.

Quum arcana linguarum ab eis teneri nego, non continuo inueniri apud eos nego viros mediocri litterarum humaniorum ſcientia tinctos: ſed hoc eſt quod volo, non eſſe quærendos in numero ipſorum viros æquales quatuor illis Galliæ luminibus, literarum Regibus, qui tales agnoſcuntur & cenſentur in vniuerſo mundo, quorum tres ſunt adhuc ſuperſtites, & quartus [b] adhuc viuit optimâ ſui parte.

Omnes

Omnes Ieſuitæ,quotquot exſtiterunt,vix vmquam digni ſint,qui vnius de quatuor illis diſcipuli mereantur dici:atque hoc confido agnituros quicunque ex ipſis aliquid habent ſcientiæ. Hoc vnum reſponſuri ſunt,ſe non dediſſe operam huic ſtudio, pręcipuumque ſtudium ſuum eſſe Theologiã:& verum ęſt. Tenendum illud præterea, quicunque in numero ſunt ipſorum aliqua ſcientia inſignes,eos non amplius informationi iuuentutis incumbere. Statim enim ſe ad Theologię ſtudium conferunt,vbi maximorum,qui inter ipſos fuerunt labore adiuti,ad ſcribendum veniunt: neque infitiandum eſt, commodare illis admodum defenſioni noſtræ religionis Catholicæ contra noſtrorum aduerſariorum ſcripta. Quorum in tanto numero vnus & item alter, ſi forte inuentus eſt dictione bona,ſtilo audace, motib9 excelſis, diſpoſitione commoda, & elegantibus mille acuminibus.

Denique,ſi quid iudicare poſſum, libelli ſupplices quos exhibuerunt Maieſtati tuæ, duo ſunt ſcripta inſignia,in quibus ea omnia quę ſummi artis magiſtri docuerunt,accurate deprehenduntur obſeruata. Cauſſa quidẽ certe ipſorum defendi melius non poterat. Atque hoc quidem magno labore illorum in ſtudio Theologiæ irritatos fuiſſe eos, qui religionis reformatæ dicuntur, dubium eſſe non poteſt: Veruntamen neque hoc quoque

negari poteſt, multa actionibus, multa doctrinæ illorum ineſſe, quæ odium ipſis Catholicorum ſummorum creauerint, qui nihilo ipſis in religionis ſtudio inferiores ſunt. Dicam de vno tantum capite ipſorum, quia iniquum eſt tanti Principis abuti audientia: Sed hoc profectò dignum, ſi vllum eſt, quia in hoc rei ſumma agitur.

Interdum apud Sorboniſtas, ô Rex, comperti ſunt, ſed pauci & rarò qui ſe patientes decipi eorum pigmentis, qui Romæ ſcripta ediderunt de poteſtate clauium, auderent affirmare, penes Pontifices eſſe vt Reges excommunicent, & à iureiurando ac fide data abſoluant ſubditos: ſed Propoſitiones iſtæ illico, tanquam ſchiſmaticæ tum à corpore Sorbonę fuerunt damnatæ, coniuncta Gallicanæ Eccleſiæ totius auctoritate, tum Areſtis Parlamenti tui: qui duo maximi clypei extiterunt, quib⁹ maiores tui aduerſus omnes impetus, quos tentabant hoſtes, fuerunt defenſi.

Sunt ſæpe, vt & nunc eſt, optimi Pontifices, procliues ſtudiis in Galliam, maximorũ meritorum recordatione, quibus ſancta Sedes, ô Rex, coronæ tuæ obſtricta eſt: ſed etiã nõnunquam eliguntur alii, qui in partes Hiſpanicas & tibi aduerſas inclinant planè.

Si quãdo contingit iſtud malum, ſi crederent Galli poſſe Regem ſuum excommunicari legitimè, ſeque à iureiurando & fide data ab-

ta abſolui, profectò grauiſſimum Regibus noſtris foret periculum, ne ſpoliarentur dignitate ſua, & reuera nullum imperium niſi precarium obtinerent, id eſt, omnino pendens ex bona vel mala gratia illius, qué Domini Cardinales elegiſſent: quorum numero ſemper inſunt, multi qui maxima beneficia in ditione Mediolanenſi, regno Neapolitano, atque adeo in ipſa Hiſpania obtinent. Hîc non amplius Rex futurus eſſet, ſed *Prorex*, nomine *Rex*, vicarius generalis, vel τοποτηρητὴς re & veritate: cuiuſmodi reges illi erant, quibus Romani dabant & tollebant ſceptra arbitratu ſuo. Propterea quotquot in hoc regno, ex quo Chriſtianum factum eſt, vixerunt, propoſitionem iſtam exploſerunt, velut omnium (ſi inſideret animis populi) periculoſiſſimam, & ſummè aduerſantem verbo Dei, qui dixit, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. Ioan. 18. quem in locum Auguſtinus tract. 115. *Audite Iudæi & Gentes; audi præputium; audite omnia regna terrena: non impedio dominationem veſtram in hoc mundo.* Et apud S. Lucam, cap. 12. ait quidam de turba: *Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei, ô homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Qua de re D. Bernardus lib. 1. De conſideratione: *Non monſtrabunt, puto, qui hoc dicent, vbi aliquando quiſpiam Apoſtolorum ſederit iudex hominum, aut diuiſor terminorum, aut diſtributor*

terrarum. Stetiſſe denique lego Apoſtolos iudicandos, ſediſſe iudicantes non lego. Erit illud, nō fuit.

Ex quibus indubitatis rationibus & aliis innumeris, quas breuitatis cauſſa omitto, Sorbona & vnà cum ea Gallicana Eccleſia tota ſemper definiuit; ſchiſmaticam illam propoſitionem eſſe, quod Papa habeat poteſtatem excommunicandi Reges noſtros, aut inſtituendi quicquam in maieſtatem Chriſtianiſſimam ipſorum. Ideoque *Ioannes Tanquerellus* anno cIↃ.IↃLXI. Areſto Parlamenti fuit condemnatus in ſolennem profeſſionem honorariæ pœnitentiæ, & vt à Rege veniam de eo poſceret, quod ſuis Theſibus propoſitionem iſtam fuiſſet auſus inſerere, quamuis expoſuiſſet eam à ſe tantum diſputandi gratia perſcriptam eſſe: & parum abfuit, quin adiudicaretur morti. Commodè accidit, quod Rex vndecim tantummodo annorum eſſet, ſi annum egiſſet Rex decimumquartum, nunquam ille ſupplicium mortis effugiſſet.

Quod dixi propoſitionem iſtam ſemper à Sorbona fuiſſe damnatam, id volo intelligi ad illud demum vſque tempus, quo Patres iſti Ieſuitę complureis ſtudioſos inſtituiſſent lectionibus ſuis aſſiduis Theologiæ. Etenim anno cIↃ.IↃLXXXIX. quum excōmunicatio in defunctum Regem p. m. fuit allata, & in Sorbona quæſitum eſt, vtrum poteſtatem iſtam

iſtam haberet Pontifex: continuo Doctores antiqui, *Faber Syndicus, Camuſus, Chabotus, Faber Curio S. Pauli, Chauagnacus,* omneſq; alii vetuſtiores & bonæ notæ fortiter reſtiterunt; ſed benè proſpectum erat huic choragio: omnes enim iuuenes qui apud Ieſuitas Theologiæ ſtuduerant, *Boucherus, Pichenatus, Varades, Semella, Cullius, Aubourius,* & alii innumerabiles vicerunt pluribus ſuffragiis [c] contra verbum Dei, omniaque axiomata Galliæ. Quinetiam hanc Ieſuitarum ſētentiam eſſe, quod Papa Reges excommunicare poſſit, populareis à iuramento fidei abſoluere, & ſceptra, coronas, dignitatemque eis adimere, bona fide negari non poteſt. Nam cum Pariſienſis Academia periculosū iſtud dogma eis obieciſſet, tantum ab eo negando abfuerunt, vt contra ſuis defenſionib. communi totius ſocietatis iudicio editis cōmodo ſuo, anno CIↃ.IↃ.XCV. quarum inſcriptio eſt: *Veritas defenſa contra actionem Antonii Arnaldi*. pag 70. vtantur his ipſis verbis: *Non erat cur probares, Reges eſſe, aut eſſe oportere dominos ſolos temporales in regnis ſuis: cum Papa, vt dixi, nihil arroget ſibi in iſto imperio ſummo, niſi vt corrigat tanquam pater, atque adeò* TANQVAM IVDEX, *eos qui pernitioſi Eccleſiæ futuri eſſent. Tum enim id non ſolum poteſt, ſed etiam debet ſe oſtendere* SVPERIOREM ILLIS *bono ipſorum & publico. Exceptio hæc ſtomachum tibi commouet, facit vt ringa-* In minore edit. eſt p. 54

ris; ſed oportet haurias & de cætero fatearis tibi nec rationem eſſe, nec conſcientiam. Nam primum id Principibus eſt vtile, qui continentur perſæpe, aut ad officium retrahuntur potius REI TEMPORALIS METV, *quæ ſemper illis eſt cordi, licet improbis, quam rei ſpiritualis: cuius tantam non habent curam, niſi habeant & bonam conſcientiam, quod non ſemper accidit. Idcirco Deus Regibus Iſraelis minabatur potius ſe* AMOTVRVM TEMPORALE REGNVM, *niſi obſeruarent legem, quam eos priuaturum æterna vita:* ATQVE HOC IPSVM IN PRIMVM REGEM EXERCVIT, CVI SCEPTRVM ABSTVLIT.

Quia vero animaduertunt, ô Rex, omnia axiomata Eccleſiæ Gallicanæ, & Areſta Parlamenti tui periculoſæ iſti doctrinæ aduerſari, quam inſtillant paulatim mentibus populi, ab hac peſte olim maximopere abhorrentis, eò tandem venire coguntur audaciæ, vt hiſtorias Regum noſtrorum, quas adferimus, dicant exempla rebellionum eſſe, his ipſis verbis: *Adeo deſipis & adeo improbus Gallus es, vt velis producere exempla* REBELLIONIS *ex hiſtoriis Galliæ, obſcurantia ſplendorem Regum noſtrorum & matris communis noſtræ*, &c. Et poſt duas ferme paginas: *In rege* (inquiunt) *ſiue virtus ſiue vitiũ, magna omnia: qui ſi potentiam ſuam ad malefaciendum occupet, nulla niſi magna potẽtia inhiberi poteſt. Ac propterea videmus gladium in perſonam multorum*

Veritatis defenſæ 1. edit. p. 64. 65. & 66. alterius minutioris 49. 50 & 51. p. 67. ed. 1. & min. p. 51.

torum Regum, in multis regnis fuiſſe vſurpatum: quod ſi non ſemper fuit vtile exercitium eius ſemper tamen vtile potuit eſſe: SIQVIDEM SVBIECTI BENE FVISSENT DISPOSITI. Nihil vnquam ſcriptū euidentius: nihil vnquam in orbe terrarum exſtitit, quod magis pugnet cū verbo Dei; hoc.n. præcipit gratias agi Deo, ſi bonos Reges miſerit nobis; ſin malos, vult etiā laudemus, eūq; credamus facere bono noſtro, vt minus hunc mundum diligamus, eoque alacrius diſcedamus de mundo.

Deus ſolus ſtatuit Reges, idemq; ſolus poteſt amouere, & cum videtur, eos recipere. Claues quas dedit S. Petro, & ſanctis patrib. ſucceſſorib. ipſius, ad regnum cælorum duntaxat pertinent, ad regnū terræ nullo modo. Ille ipſe omnipotens, cū hîc in terris ageret, non inſtituit caſtigare Reges, nō coronas eorum effringere; ſed contra tota vita ipſius fuit quidā apertus humilitatis liber. Nec alia arma dedit Apoſtolis ad ſtabiliendam legē ſuā: dixit eis: *Reges nationum dominantur ipſis, & qui auctoritate in eas valent, dicuntur benefici. Sed non ita erit vobis.* Noluit Deus vt ſanctus Petrus, ſucceſſoresve illius ſancti patres noſtri plus aggrederentur ipſo, neq; vero hoc fecerunt qui ſucceſſerunt primi. Si alii contra hoc venerint, abutuntur hîc poteſtate ſua, nec ſunt audiendi. Hoc ſemper Gallicana Eccleſia iudicauit, eosque excommunicauit qui contra affirmarunt, velut

Luc. 22.
S. Bernhar. eod. loco: *Itane imminutor eſt dignitatis ſeruus, ſi non vult eſſe maior domino ſuo: aut diſcipulus ſi non vult eſſe maior eo qui ſe miſit?*

inhumanæ & infeliciſſimæ doctrinæ auctores: quæ per impietatem volens homines pios efficere, mundum (vt ita dicamus) parit innumerabilem cędium, incendiorũ, raptuũ fœminarum virginũq; , & deſolationum per vrbes prouinciasq; totas. Abyſſus abyſſorum eſt, abominationum Oceanus: hoc ad extremum vſque experti ſumus: & tamen Ieſuitæ magis ac magis obfirmant ſeſe: quibus ſi credimus, poterũt Romanæ bullæ ſpoliare omnes Reges terræ. EISQVE TEMPORALE DOMINIVM ET SCEPTRVM EXCVTERE.
f. Contro. 5. lib. 5. c. 6. p. 1081. edit. an. 1601. Atq; his quoq; conueniunt ea quæ D. *Bellarminus Ieſuita*, nunc Cardinalis, ſcribit de hoc argumento: *Quantum ad perſonas*, inquit, *nõ poteſt Papa, vt Papa, ordinariè temporales principes deponere, etiã iuſta de cauſa, eo modo quo deponit Epiſcopus, id eſt, tanquã ordinarius Iudex: & tamen poteſt* MVTARE REGNA, ET VNI AVFERRE, ATQVE ALTERI CONFERRE, *tanquã ſumus Princeps ſpiritualis ſi id neceſſariũ ſit ad animarum ſalutem, vt probabimus.* Id probaturus cap. 8. adfert inſtituta violenta quæq; ex diametro pugnantia cũ verbo Dei, & quæ hiſtoriæ omnes exſecrantur: quorum ſerie docemur ſtabilimentum Mahumetani illius imperii maxime ex bellis inteſtinis & furioſis Chriſtianorũ inter ſe proueniſſe, quæ vſurpationes iſtæ pepererunt, feceruntq; vt Europa ab Ortu & occaſu pariter ſuorũ ipſius liberorum ſanguine innataret. Optime S. Am-

Ambroſius ſeſe temperauit, ne vel de attingendo ſceptro, corona, & tẽporali dominio cogitaret, deque ſubdito vllo liberando à iuriſiurandi fide. nec vero potuiſſet, niſi directè venire contra Dei mandata voluiſſet. Acri ſolum admonitione vſus eſt, vt culpæ grauiſſimæ noticia & ſenſu Imperatorem afficeret.

Id etiam valdè obſeruandum, quod idem Bellarminus atque Ieſuitæ, in ſuis Defenſionibus ſuſtinent, & confirmare nituntur famoſam illam Extrauagantem communem, *Vnam ſanctam, de maioritate & obedientia*, quam ſemper damnauit Gallia. Nam ſi Papa fallitur, ſi errat, ſi plus inſtituit quam ex officio debeat, hac tamen Extrauagante homines tenentur obſequi, Deusq; ſolus eum iudicare poteſt. Itaque licet Papa planè iniuſtiſſimè fulmina iacularetur in Regem, prout factũ vidimus anno cIɔ.Iɔ.LXXXIX. cõtra defunctum Regẽ noſtrũ ſummè catholicũ, nemo tamen ex Ieſuitarum doctrina de cauſa poteſt cognoſcere, omnibus interdicta eſt cognitio & Deo ſoli reſeruata. Interea verò oportet Rex ante ora & oculos ſubditorum omnium, etiam per ipſos, dignitate & corona ſua ſpolietur, & ſuccedat in locum ipſius quemcunque ſuprema illa poteſtas voluerit ſtatuere, vt habent illa Bellarmini verba; MVTARE REGNA ET VNI AVFERRE, ATQVE ALTERI CONFERRE: quę eadem ſunt Tanquerelli verba, *regno & dignitatibus priuare*

Bellarm. 1. Contr. 3. lib 5. c. 7. Ieſuitæ p. 42. Verit. defenſ. min. edit.

poteſt, celebri Areſto condemnata. Etſi nondum eò audaciæ venerat *Tanquerellus*, vt diceret dare quod alteri, poſſe vni Papam, ademiſſet.

Tract. De exempt. cleric. edito anno 1599. cum altero de indulgẽtiis.

Idem Ieſuita *Bellarminus* procedit vlterius: affirmat enim diſertis verbis: *Omnes Eccleſiaſticos regni tui non amplius tibi ſubiectos eſſe.* Quæ ſententia tam directe aduerſatur verbo expreſſo Dei & theſibus Eccleſiæ Gallicanæ, quam cætera illa quæ diximus. Audet tamen tueri iſtud & S. Pauli verba cauillis puris tentat euertere: *Omnis anima ſubiecta ſit poteſtatibus ſuperioribus: non enim poteſtas eſt niſi a Deo, & poteſtates ſupereminentes ſunt à Deo ordinatæ: ideo qui reſiſtit poteſtati, reſiſtit ordinationi Dei.* Et poſtea; *Quapropter oportet ſubiectos eſſe non ſolum ad vitandam iram, ſed etiam propter conſcientiam. Nam eadem de cauſſa penditis tributa illis, quia adminiſtri ſunt Dei, in hoc ſe occupantes.* Quem in locum S. Ioannes Chryſoſtomus obſeruauit hęc verba non ſolum laicis imperari, ſed etiam clericis, religioſis, ipſisque adeo Apoſtolis. Vult etiam idẽ Bellarminus hæc ſancti Petri verba eludere: *Itaque eſtote ſubditi omni humano ordini propter Deum, ſiue Regi, vt eminentiori, ſiue Gubernatoribus, vt miſſis ab eo.* Et inter cætera idem Bellarminus; *Tempore illo*, inquit, *valde erat neceſſarium moneri Chriſtianos diligenter, vt obſequerentur Regibus, ne impedire-*

Rom. 13.

diretur fidei prædicatio. Hoc pacto efficeretur religio noſtra religio circulatorum Cybeles; religio vulpinantium: qui primum quidem dicerent, regnũ noſtrum non eſt de hoc mũdo, non omnes æque Eccleſiaſtici ac alii Regibus præſidibuſque obedimus: poſtea verò quum loco ſuperiores ſunt, & in auctoritatẽ optatam poſuerunt pedem, tum demum ſermone contrario plane vterentur, idque arrogarent ſibi, quod Deus ille omnipotens ſibi ſoli in Reges Iſraelis & alios omnes reſeruauit. Hæc bona fide vera doctrina Ieſuitarum eſt, hæ technæ illorum, hæc via quam inſiſtunt, vt ſe in honores intrudant. Sed longe aliter ſe habet religio Chriſtiana: quæ ſemper loquitur ingenue, verè, ſine fraude, ſine fuco & fallaciis: nec ſubditum quemquã auertit a ſuo principe, aut ei eripit, vt doctrina Ieſuitarum facit. Nam hæc demum concluſio ipſa eſt eiuſdem Bellarmini, pagina 271 tractatus illius De exemptionibus: *Sed dices, principibus fieret iniuria, ſi cõtra voluntatem ipſorum priuaretur iure quod habuerunt in clericos, antequam clericatum adepti eſſent. Reſpondeo: Nullam fieri iniuriam eis, quia nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur. Is autem vtitur iure ſuo, qui ſtatum eligit quem ſibi conuenientiorem iudicat.* QVAMVIS PER ACCIDENS SEPARATVR, PRINCIPEM PRIVARI IVRE SVO. Hoc non eſt aginari, non tergiuerſari, non circuitione vti: hic præcisè

dicit maieſtati tuæ vno verbo, quot in Gallia ſunt Eccleſiaſtici, tot eſſe ſubditos Pontificis. Quinetiam pag. 255. his verbis vtitur: *Papa exemit omnes Eccleſiaſticos ex ſubiectione principum ſuorum ſecularium: ex quo ſequitur, non eſſe illos principes ſupremos in eo quod ad perſonas Eccleſiaſticas attinet*, &c. ſic, vt aperte dicam, alterum imperium in tuo, ô Rex, conſtruitur, alterum regnum in regno tuo. Itaq; vt doctrinam iſtam probet, quæ Chriſtianæ fidei aduerſatur planè, eodē in loco argumētatione vtitur à ſimili, perinde eſſe dicens, ac ſi Rex aliquis partem regni ſui alteri ſubiiceret, atque hoc pacto iure belli, iuſtove alio quocunque titulo partem imperii ſui amitteret. Et veriſſimum eſt quod ibidem dicit, ſtabilimentum iſtius propoſitionis principibus plus creare periculi, quam ſi magno vincantur prelio aut amplam prouinciam amiſerint. Nam in viſceribus deliteſcit malum, & ii qui iam ſunt perditi, alios perſæpe adducunt eô ſecretis ſuis confeſſionibus, [d] vt ipſam Monarchiā, in qua nati ſunt, ſubruant. Quod ſi interdum magiſtratus ſuos coguntur agnoſcere, vt vi dicunt fieri, vela contrahi oportere, ſed ex eo non valere conſequētiam: quod diligenter opus eſt obſeruari.

p.168. tractat. eiuſd. de exemtion. cleric.

Amplius dicunt, Edictis Regum, etſi nihil eſt quod ſcripturæ canonibusque & ſanctis decretis aduerſetur, tamen non obligari Eccleſiaſticos niſi ad directionem, non ad coactio-

ctionem. Hæc propria ipſorum verba pag. 269. quod idem aſſerunt poſtea pag. 271. quum aiunt clericos non amplius eſſe temporali Principi ſubiectos, hunc illos amittere: prout reuera id extra controuerſiam eſt, eum non amplius ſubiectum eſſe, qui non amplius ad obſequium legum cogi poteſt. Iſtæ hæreſes olim fuerant radicitus, ô Rex è Gallia tua exſtirpatæ: Sed ecce venerunt artifices qui eas magna copia ſeminauerunt denuo, & noua quadam arte farraginis tractatui de indulgentiis hunc tractatum inferciuerunt, intruſeruntque in ſementes alias nequà obſeruari poſſent.

Ex iſta autem Propoſitione, Eccleſiaſticos non eſſe amplius ſubiectos, admirabile naſcitur conſectarium, poſſe illos intentare in Regem ſuum citra læſæ maieſtatis crimen. Atque hæc conſequentia diſertis verbis habetur in Aphoriſmis Confeſſorum, quos Ieſuita *Emanuel Sa* compoſuit, in voce cleric⁹. Ait enim; *Clerici rebellio in Regem non eſt crimen læſæ maieſtatis, quia non eſt ſubditus Regi.* Et in voce, *Princeps*, demonſtrat adhuc euidentius quantum Dei verbo aduerſentur: quo præcipitur ferri principes malos inſidentes maiorum ſuorum throno, velut manu illius datos. Sic enim illi: *Rex poteſt*, inquiunt, *per Rempublicam priuari ob tyrannidem, & ſi non faciat officium ſuum, & quum eſt cauſſa aliqua iuſta: & eligi alius à maiori parte popu-*

Editi. Antwerp. vel Colonienſi.

1 Pet. 2.

li. Quidam tamen ſolum tyrannidem cauſam putant.

In primis certæ malitiæ eſt, quod rem tam grauem hærere in incerto ſinunt. Deus nouit, an arte faciant, vt pro ratione optati conſiliorumque ſuorum modo hoc, modo illud ſentire poſſint.

Secunda, quid magis cum fide Chriſtiana pugnat, quam ſi libertatem tribueris populo iudicandi de bona & mala Principis ſui adminiſtratione, eique perſuaſeris poſſe eum conſcientia integra & ſecundum Deum aut eiicere, aut trucidare Principem. Verumtamen hac cautione ac lege, vt ita pars maior cenſeat: quæ conditio apprime eſt neceſſaria. Nam ſi furentem iſtam opinionem pars minor defenderet, periclitaretur de vita: magna autem iactura eſſet, ſi perderentur homines BENE DISPOSITI ad Ieſuitarum doctrinam, id eſt, ad eiiciendum dominum & principem ſuum, excitatis in tyrannum clamoribus, ex hæreditate ipſius. Idcirco in calce illius libri Inquiſitor Antuerpianus, *Pardo* anno CIↃ.IↃ.XCVII. pronunciat eũ magnã vtilitatẽ allaturum. Cognouit Domin⁹, vtrum plus vtilitatis allaturũ eſſe domino ſuo cenſuerit, quam promouẽdo diſſipationem regni tui, quod tũ flamma & ferro oppugnabat. Iidẽ Ieſuitæ in ſuis illis *Aphoriſmis confeſſorũ*, quos indeſinenter obtrudunt animo populi, in voce, *Tyrannus*: adduns

dunt iſta: *Tyrannicè gubernans iuſte acquiſitū dominium non poteſt ſpoliari ſine* PVBLICO IVDICIO: LATA VERO SENTENTIA POTEST QVISQVE FIERI EXECVTOR: POTEST AVTEM DEPONI A POPVLO, ETIAM QVI IVRAVIT EI OBEDIENTIAM PERPETVAM, *ſi monitus non vult corrigi.*

Vtrum autem hæc doctrina tota ad te, ô Rex, pertineat maximè, iudicare tuum eſt. Non tam attingit ſimul reliquam terram totam, quam te & poſteritatem tuam: Gallia eſt tua hæreditas, quam à Deo ſolo obtines & iuſto gladio tuo. Si decies mille annos ſtaret mundus, & tantumdem tua poſteritas (vt ſperari à nobis conuenit) ex ratione eſt vt ſemper in Gallos imperium teneat: ac non pontifices, qui interdum hoſtes familiæ tuæ poſſunt exſiſtere, poſſint Gallum vnicum abſoluere à iureiurando fidelitatis, quo poſteris tuis tenebuntur. Quod ſi Theſes iſtæ in noſtros animos illabantur, coronam ſuam poſteritas tua, ô Rex, geret, ſceptrumq; tenebit tantiſper dum ſanctæ ſedi videbitur, ac non diutius.

Ab hac propoſitione prima dependet altera; ſuper cuius argumento video tam multa vltro citroque ſcripta; ſed nemo rem acu tetigit. Dicunt quidam: Ieſuitas auctores eſſe vt Reges occidantur: hoc falſum: nā contra eis miniſtrant, idque non raro ex animo. Sed hæc rei diſtinctio: Credunt, ſi

quos excommunicauit Papa, eos amplius nō eſſe Reges, ſed tyrannos. Audiuiſti quid illi in vocem *Tyrannus* pronuncient. Plane ſi de prima illa propoſitione conuenit, ſecunda eſt conſectaria. Nam ſi poteſt Papa manum iniicere in SCEPTRVM Regum & dominium temporale ipſorum, vt Ieſuitæ aſſerunt, ex eo procul dubio conſtat, ſi quem Regem fulmine petit pontifex priuatum eum reddi, priuatum permanere, Regem non eſſe amplius: quod ſi velit & perſtet regnare, tyrannum eſſe. Quiſquis in propoſitionem primam conſenſerit, neceſſario ad ſecundam hanc compelletur. Itaque liber ſcriptus propria manu Ioannis Guignarti Ieſuitæ, quem in pleno Parlamento agnouit Cameris duabus vnà congregatis, habuit ambas iſtas Propoſitiones contumelioſè ſcriptas. Nam inter alia exſtabat ſcriptum: *Sæuum Neronem ab vno Clemente occiſum eſſe, & monachum ſimulatum manu veri monachi confectum:* FACTVM HEROICVM A IACOBO CLEMENTE PATRATVM, VELVT S. SPIRITVS DONVM, HOC NOMINE A THEOLOGIS NOSTRIS APPELLATVM, *iuſtè per defunctum Priorem Iacobitarum Bourgoing Confeſſorem & Martyrem laudatum eſſe.* Coronam Galliæ in alteram familiam quam Borboniam transferri debere & poſſe: *Cum Bearnenſi,* QVAMVIS AD FIDEM CATHOLICAM CONVERSO, *lenius actum iri quam ſit promeritus, ſi detur*

ipſi

ipſi corona Monachalis inconuentu aliquo bene reformato, vt illic pœnitentiam agat, de tot malis quaapportauit Galliæ, & gratias agat Deo, quod ipſi gratiam contulerit ſui ante obitum agnoſcendi. SI ABSQVE BELLO DEPONI NON POTEST, GERATVR BELLVM: SI BELLVM GERI NON POTEST, MORS PARETVR IPSI. Protocollum Maieſtas tua poteſt conſulere: res lectu digna eſt.

Præterea *Ambroſius Varades* Pariſiis fuit Gymnaſiarchus collegii Ieſuitici per ipſos electus, tanquam vnus ex optimis in ordine ipſorum, & adhuc inter ipſos eundem honorem, quem ante obtinet. Veruntamen ſi placebit maieſtati tuæ mandare vt acta Bareriæ ad ſe afferantur, comperies illum fuiſſe Varadem, qui poſt menſem à felice conuerſione tua, ſuaſit ipſi vt cultrum ſuum bipennem inderet in ventrem tuum, datoque Euchariſtiæ ſacramento eum obligauit, confirmans per Deum viuentem nil ab eo poſſe fieri magis meritorium, fore vt ipſum Angeli in Paradiſum exportarent. Si id non eſt verum, purgare ſeſe Varadem oportuit: latitauit dies aliquot in hac vrbe, quum ingrederetur Maieſtas tua, & veſte mutata abiit, Romamque profectus eſt, vbi fruitur admodum magnis honoribus. Non eſt difficile inficiari voce: ſed facta validiora ſunt, & ſermonis mendacia redarguunt. Varades perpetrato iſto horrendo & exſecrabili ſcelere, vinctus per Ieſui-

tas ipſos adduceretur, vt iuſto ſupplicio a-lijs exemplo eſſet, ſi eadem ſententia non inſideret mentibus ipſorum.

Nunc vero vbi tam fides hominem i-ſtum, & ſupra quam vnquam ab iſtis honore affici; adeoque tam audaces eſſe illos, vt eum inter viros maximos ordinis ſui referant, omnino ſequitur eos voto, voluntate, ſtudio, per Varadem Gymnaſiarcham ſuum, velut organon appoſitiſſimum, animauiſſe Barreriam, nec particulare iſtud; ſed generale parricidium eſſe. Nititur enim profecto maxima propoſitione illorum, à cuius exſecutione & effectu plus ſibi ſpondent ipſi laudis, quam ex alia re vlla, vt poſt dicturi ſumus. Et vbinam quæſo, adhuc locant Varadem i-ſtum inter pręcipua ſocietatis ſuę columina? habetur locus pagina 265. Defenſæ veritatis ipſorum (vt ipſi quidem obtendunt) poſt annum excuſæ, quam Varades aufugerat.

p. 198. min. ed. *Quid non multi* (inquiunt) *&* MAGNI VIRI *huius Societatis pertulerunt? Quis neſcit (vt de Gallia noſtra dicamus) contumelias ibi intortas & calumnias enunciatas contra Ioannem Maldonatum, Emundum, Augerium,* CLAVDIVM *Matthaum, Iacobum Tyrium, & nunc etiã contra Annibalem Codretum,* IACOBVM COMMOLETVM,

BER-

BERNARDVM *Roilletum*, AMBROSIVM VARADEM? Atque hîc obſeruatu dignum eſt, hos ſcil. magnos eſſe martyras, & multa perpeſſos. Tam propria, tã Chriſtiana eſt hæc appellatio, quam illa quæſtionis habitæ Pariſiis Anno 1564. Nam *terribilem perſecutionem* illam vocant, incredibiliter hac voce abutentes. Magis vero proprium fuerit ſi furioſa funeſtaque bella, quæ in toto hoc regno Ieſuitæ excitarunt, perſecutionem [e] bonorum omnium Gallorum appellaueris. p. 60. min. edit.

Quod ſi Ieſuitarum diſcipulus fuiſſet Barreria, educatus & inſtitutus in doctrina ipſorum, Varadem vix accuſauiſſet: nam eos credunt eſſe damnatos; qui iudicibus auctores ſuaſoresque facinorum iſtorum indicauerint. Atque hæc tertia iam propoſitio eſt ex prima illa & ſecunda conſequens. Nam ſi poteſt reges excommunicare Papa, & bonum eſt factum ac meritorium, ſi quis poſt vibratum Papale fulmen eos occiderit; continuo ſequitur, martyrium ferri potius conſtanter oportere, quam in cauſſa eſſe, cur ii tradantur morti, qui iter ad vitam æternam oſtenderint. Hæ propoſitiones catena quadam inter ſe deuinctæ & pari procedunt paſſu.

Quapropter etiam Chaſtellus noluit accuſare nominatim Ieſuitarum quenquã; cũ prę-

ſumpta fiducia faciẽdi benè, vt ipſe expoſuit, ſtatuiſſet cultro iugulum tum petere. Credidiſſet enim ex eo argumento ſe damnationẽ ſibi accerſere, ſi indicaſſet eum, qui iter Paradiſi ipſi oſtẽderat, prout deprauatum erat iudiciũ illi⁹. Veruntamẽ vt Deus ille protector regum eruit veritatem ex ore illorum, qui eã celatam maxime & diſſimulatam volunt, ecce affero ipſiſſima verba ex actis interrogatoriis vel quæſtionibus Chaſtelli, quorum protocollum Maieſtas tua poteſt conſulere, & quorum actorum veritatem Domini Præſides aut conſiliarii amplius triginta confirmabunt, iique mille modis digniores fide, quam ſit dignum fide quicquid iſti rei in ſua ipſorum cauſſa partesve afferre poſſunt. *Quæſitum, vbi Theologiam iſtam nouam didicerit: reſpondit, ex philoſophia. Rogatus vtrũ philoſophiæ ſtuduerit in Ieſuitarum collegio: Reſpondit ſtuduiſſe, idq; ſub patre Guereto, qui cum ad annos duos cum dimidio ſit verſatus. Rogatus annon fuerit in conclaui Meditationũ, quo grauiores peccatores intromittebant Ieſuitæ, vbi ſpectarent figuras multiformes diabolorum complurium horrendas, ſpecie reuocandi eos in meliorem vitam, vt commouerent animos ipſorum, & monitis eiuſmodi ad patrandũ grande aliquod facinus, excitarent. Rogatus quis perſuaſit ipſi vt Regem occideret: Reſpondit multis ſe in locis audiuiſſe, hanc propoſitionem veriſſimam haberi oportere, quod Regem*

liceat

liceat occidere, & qui affirmabant, TYRANNVM *eum appellaſſe.* ROGATVS, ANNON SERMONES DE OCCIDENDO REGE, APVD IESVITAS ESSENT ORDINARII? RESPONDIT, SE AVDIVISSE DICENTES, LICERE REGEM OCCIDERE, EVM EXTRA ECCLESIAM ESSE, NEC EI OBSEQVENDVM ESSE, EVM VE HABENDVM PRO REGE, DONEC A PAPA FVERIT *approbatus. Interrogatus iterũ in magna Camera dominis præſidibus & conſiliariis eius, atque Turnellis congregatis, eadem reſponſa dedit: expreſſe vero propoſuit & defendit theſin iſtam, quod Reges liceat occidere, etiam Regem nunc regnantem, vt qui in Eccleſia non ſit, prout aiebat: quia non eſt à Papa approbatus.*

Quiſquis libellos ſupplices leget, quos tibi, ô Rex obtulerunt Ieſuitæ, ſtatuet illos non fuiſſe à Chaſtello accuſatos: adeo negant audacter veritatem. Ego verò haud ſcio, vtrum grauior accuſatio inueniri poſſit, aut quod grauius excogitari crimen, quam quod tenellos adhuc iuuentutis animos tam furibunda doctrina faſcinent, qua ad trucidandum Principem ſuum feruntur præcipites.

Huic perſimile eſt, quod legimus de confeſſione [f] *Guillelmi Paryi* facta ante exceſſum ipſius, ſe *Benedicti Palmii* Ieſuitæ ſuaſu adductum eſſe vt de cæde iſta cogitaret: quá

rem ſecum Sacrifico quodam, cui nomen *Vates*, communicauiſſe: hunc verò diſſuaſiſſe, dicendo ipſum damnatum fore: ideoque ſe Confeſſionis ergô ad *Annibalem Codretum* Ieſuitam abiiſſe, qui ex neceſſitate eſſe dixerit, vt ille Vates eſſet hæreticus: Quoniam vera Eccleſia minime dubitat Reges à Papa excommunicatos, Tyrannos eſſe, ac proinde occidendos. Itaque Commentator libri, qui inſcribitur *Summa Conſtitutionum*, aliàs, *ſeptimi Decretalium*, pag. trecenteſima octaua, poſtquam Ieſuitas ſupra modum laudib. extuliſſet (vt bonis reuera dotib. inſtructi ſunt) tandem vt laudum cumulo exornet eos, pronunciat de eis: *Tyrannos aggrediuntur, lolium ab agro Dominico euellunt.* Poterit, Maieſtas tua, librum iſtum in manus ſumere: facilè ſermonem iſtum Latinum intelliget: audiui quum difficiliorem exponeret. Significatur deniq; his verbis, optime illos & animoſiſſime nouiſſe lolium ex aruo Domini euellere, eosque tollere quos Roma excommunicauerit: hoc certo eſt certius, omnes quacunque tandem religione ſint, tyrannos vocant.

Excuſi Lugduni an. 1589.

Enimvero Rex defunctus nunquam alius fuit quam ſummè Catholicus: id nouerunt omnes, & quam bene eſſet de Eccleſia meritus multis nominibus. Atqui ſimul

mul Romæ excommunicatus eſt, ſimul pater *Commoletus*, pater *Bernhardus* (quos ſuis defenſionibus ante prolatis in cælum euehunt) & vniuerſe alii omnes Ieſuitæ nunquam poſt illud tempus eum ad mortem vſque alio nomine donauerunt, quam tyranni Holophernis, Moabi, Neronis: quæ omnia belle cum definitione *tyranni*, quam ſupra adduxi, conſentiunt.

Die natali Chriſti, anno CIↃIↃXCIII. tuà maieſtas erat Catholica: & tamen ille ipſe *Commoletus* in æde Sancti Bartholomæi dicebat, *Ahod nobis opus eſt, ſiue monachus, ſiue miles, ſiue paſtor, nihil refert: ſed Ahod, nobis opus eſt.* Poſtea, verò vbi cognoui quæſtionem de eo haberi, ſibi conſuluit fugâ.

Hoc negari magis non poteſt, quam factũ Varadis: etſi hoc valere quærunt, dicentes, Barreriam quidem ipſi expoſuiſſe conſilium ſuum: hunc vero illi reſpondiſſe, Non poſſe ſe, cum ſit Presbyter ipſi de re conſilium dare.

Sed demus ſanè, hoc vnum eſto: quid hoc reuera aliud eſt dicere, quam iſtud? tuum erat facere, ac non amplius communicare: plus preſta, & fare minus.

Veruntamen ſi MAIESTAS tua Acta de morte Barreriæ adferri ad ſe curauerit, comperiet Varadem iſtum Ieſuitarum

Gymnaſiarcham hortatum eſſe, hominem accendiſſe & ſancto Sacramento altaris obſtrinxiſſe, vt manum promptè alacriterque iniiceret. Et certe nunquam in maiore periculo, dum vixit, verſata eſt Maieſtas tua. Nouit Dominus quæ miracula de tua morte confinxiſſent, cum de morte defuncti regis tam affabrefecerint, monumento eius ſuperbè inſultantes, literis in omnes partes orbis terrarum datis, quas etiam Romæ ad maiorem oſtentationem excudi curauerunt.

Hæ inter ſolennes literas & annales iſorum relatæ ſunt, pagin. 35. quarum hæc verba ſunt: *Quo die nos Regis edicto Burde-*
" *galâ pellebamur, eo die rex ipſe, qui edixerat,*
" *vita depulſus eſt. Ab eo compingebamur*
" *ad S. Macarii, vt ſimul opprimeremur omnes*
" *(ſiue hoc ſuſpicio ſeu fama tulit) niſi antea*
" *oppreſſus ille vnus fuiſſet. Hoc porro nuncta-*
" *tum cum eſſet, afflixit animos aduerſario-*
" *rum.* Nunquam grauior inceſſit animum
" meum admiratio, quam quum partem iſtam literarum, quas perſcripſerunt legerem. Etenim quis vnquam putauiſſet homines Religioſos, adeoque Chriſtianos fore, qui furorem tantum, & inimicitias ferreas atque irreconciliabiles etiam poſt mortem oſtenderent. Natura nos docet inimicorum noſtrorum miſereri, quum eos videmus humi proſtratos; non poſſunt amplius no-

us nobis inimici eſſe, qui non ſunt amplius. At ſubditum pedibus proterere ventrem heri ſui, domini ſui, Regis ſui, & primi in Chriſtiano orbe Regis, atque de eo pæana canere: hoc verò crimen & omnem barbariem, omnem inhumanitatem, omnemque ſæuitiam exſuperans, quæ vnquam in mentem poſſit cadere.

Ac iſtam quidem contumeliam non ſenſit miſer ille Princeps: neque verò tam eſt illata ipſi, quam tuæ Maieſtati, ô Rex, & iis omnibus, qui gerunt Francorum nomen.

Verum ſenſit grauiſſime venenum Ligæ conſpiratorumve, ſibi à Ieſuita *Claudio Matthæo* præparatum, qui ſub finem anni cIↃ IↃ LXXXVIII. in Italia obiit ex laboribus moleſtis itinerum, quæ indeſinenter fecerat in Hiſpaniam, Italiam, Heluetiam, Germaniam, Belgium, vt extremam clauſulam adderet, conſtringeret atque confirmaret maximam illam atque horrendam conſpirationem, quæ in defunctum Regem, totamque Borboniam familiam fuerat inita. Vidit Maieſtas tua, quid ſuper hac re Ieſuita Guignartus ſcripſerit, *Coronam Galliæ poſſe & debere in familiam alteram, quam in Borboniam transportari.* Et quicunque nouerunt arcana conſpirationis iſtius, apertè clamant: *Patres Ieſuitas fuiſſe germanos iſtius conſpirationis patres: hos reos*

eſſe, & omni iure teneri mortis eorum, qui in profundiſſimam iſtam abyſſum corruerunt.

En tibi perbreuem hiſtoriam, quæ rem confirmabit luculentiſſimè. Notum eſt conſilium Sedecimvirorum [g] ex litteris interceptis, quibus vrbem Pariſiorum dedebant Regi Hiſpaniæ. Et vbi homines iſti præſidem ſanguinarii conſilii ſui quæſiuerunt? Ad Ieſuitas acceſſerunt rectâ, qui patrem *Odonem Pichenatum* [h] rei præfecerunt. Hos ſuis defenſionibus agnoſcunt Lutetiæ excuſis: ſed ideò factum prædicant, vt lenirent Sedecimvirorum impetum. Non deſunt qui reſponderent, *oleum camino addi, quum Ieſuita in turbam ſeditioſorum immittitur:* Ego vero aliter ſentio, iſtos Sedecimviros fræno, ac non calcaribus opus habuiſſe: nec aliam viam extitiſſe, qua ſceleratum conſilium ipſorum daretur effectum, quam ſi violentior ipſorum impetus ſiſteretur. Et quis, obſecro, non videat conuenientiam iſtorum Sedecim carnificum admirabilem (nam aliter vocari non poſſunt, cum ſolum præſidem illum Parlamenti [i] qui Lutetiæ reſtabat, ſuſpenderint) quis, inquam, non videat admirabilem iſtorum Sedecim cum Ieſuitica ſocietate conuenientiam, quando vnum potius de numero illorum ſibi depoſcerunt Præſidem,

quam

quam alterum Eccleſiaſticum, laicumvè quemquam.

Tum inde ab ineunte anno CIↃ IↃ LXXXV. Ieſuitarum, domos Lutetiæ & alibi paſſim, ſtatiua fuiſſe perpetua omnibus qui res Hiſpanicas curabant promoueri: litterarum faſces eodem latos, apertos, diſtributos eſſe: conſilia ordinarie cum Legato *Mendozza* & ſucceſſoribus ipſius Pariſiis, cumque aliis geſtoribus & procuratoribus negotiorum *Regis Philippi* in potentioribus quibusque ciuitatibus, vbicunque erant, communicaſſe, res nota eſt atque notoria. Hoc quis melius nouit, quam Maieſtas tua?

Aiunt quidem illi, te ô Rex, tam arcto vinculo cum Rege Hiſpaniæ conſtrictum eſſe, vt iuuetur hoc dicto magis, quam lædatur ipſorum cauſſa: Nam Maieſtatem tuam memini tam ſtudere, quam iis qui ex animo Hiſpanum diligunt.

Hoc nunc forte obtendi poſſet: At mihi quidem certe permirum videbatur, iſtos homines, quo tempore maxime noſtrum feruebat bellum cum Philippo Rege, his verbis vti: *Nam tempore Caroli noni nunquam de Hiſpanis ſermo, niſi in partem optimam habebatur: ſed hæretici non odio gentis (nam Anglos & Germanos eis plus odio oportet eſſe, qui gra* p. 159 Def. verit. ed. craſs. & p. 119. min. ed.

uiore iniuria Galliam, quam alia gens vlla affecerint) ſed magis religionis odio eos efficere exoſos ſtuduerunt cauſa prætexta regni. Videntur profecto mihi plus ſatis ſtudium ſuum erga Hiſpanos eo tempore retexiſſe, quo Gallorum millia aliquot in Picardię finibus trucidabant. Non decet viros bonos vſque adeo traduci communi ſtudio & voto regulæ ſuæ, vt obliuiſcantur natales ſuos, & ab aliquo ſenſu doloris ex miſeriis patriæ ſuæ concepti abſtineant: pręſertim cum illi ipſi eſſent catholici, quos omni ætate & ſexu, maximo numero & ſine vlla miſericordia iugulabant. Duri videtur planè & feri animi eſſe, ſi hoc de iis pronuntietur, qui eodem tempore in Gallorum, & quidem Catholicorum, ſanguine merſabant ſeſe. Si magis colunt, honorant & reuerentur Hiſpani; ſi maioribus bonis officiiſque Ieſuitas patres afficiunt: Si eos vocant Apoſtolos, vt ſcribunt ipſi: tamen non conuenit vt de iis tempore belli perinde ſermonem habeas ac pacis.

Supplice libello quem poſt exhibuerunt Maieſtati tuæ, in hoc argumentum liberius excurrerunt: & maiore cum ratione, his verbis; *Quod nos criminabantur Hiſpanos eſſe fabrefacta fuit in fabrica temporis criminatio, cui vires addebat oportunitas temporum ac occaſionis reſpectu ſolum, id eſt, cum Gallia & Hiſpania bellum inter ſe miſcerent: tunc*

tunc nomen erat odioſum, ſuſpectum, ingratum nomen : nunc vero vbi Chriſtianiſſima Maieſtas tua nodum firmauit ſancta pacis cum Rege Catholico, vbi Gallus frater eſt Hiſpano, & Hiſpanus Gallo, antiquata eſt hæc criminatio, intempeſtiua, a ratione omni aliena.

Id tamen apud te, ô Rex, fatear neceſſe eſt, vt taceam iamque plus nobis de hac re conſtare, homines iſtos videri mihi hac bella ſua oratione prodere, quam mirificè Regi Hiſpaniæ obſtricti ſint. Vehementer cupiunt omnes tibi ſuſpiciones eximere, & in id laborant accurato plane artificio: id tamen optime nouimus, in eo maxime ab eis operam conſumi, nolle vt videant ſubditi tui alios ipſos eſſe, quam ſeruos ſtudioſiſſimos Philippi Regis, quia hoc rebus ſuis valde iudicant commodare. Cum autem iſta comparo cum Areſto Inquiſitionis, quo antiquatum [k] eſt decretum Sorbonæ contra ipſos datum cIↃ IↃ LXIIII. vt quidem gloriantur ipſi, & cum prima inſtitutione ipſorum per capitaneum Hiſpanum facta, poſtremo cum iſtis verbis, quæ extant in vitâ Ignatii, pag. 169. *Debemus etiam atq; etiam orare Deum noctes & dies, vt ſeruet quam diutiſſimè in omni ſanitate & omni proſperitate Philippum regem Catholicum, qui hæreditaria & excellenti pietate ac deuotione ſua, prudentia ſingulari, vigilantia incredibi-*

Vita Ignatii anno 1587. Antwerp. p. 405.

li, ET POTENTIA AD INFINITVM MAIORE QVAM VNQVAM, FVERIT IN MVNDO VLLIVS REGIS, EST PROPVGNACVLO AD DEFENSIONEM RELIGIONIS CATHOLICÆ. *Quamrem non ſolum armis ſuis præſtat*, QVÆ SEMPER FVERVNT INVICTA, SED ETIAM OPERA MAGNI ILLIVS SENATVS INQVISITIONIS, *qui vigilat continenter pro religione Catholica.* Quum iſta ſimul omnia comparo, hoc ego apud te, ô Rex profitear neceſſe eſt, ſi quo infortunio bellum tibi oriretur, in metu fore me pergraui, ne iſti homines clanculum omnibus modis præſtarent operas iniquiſſimas. Nec tamen alio tempore otioſi iacent: Semper enim doctrinæ illius ſuæ quam deſtrinximus ante, curant propagationem, in qua ſe plurimum laborauiſſe & valde iamque prouexiſſe anno c I ɔ. I ɔ. L X X X I X. oſtenderunt. Nam ſi contra Henricum ſecundum Regem talis prolata fuiſſet excommunicatio, ne minimam quidem Regni vrbem cõmouere tantillum potuiſſet: patrum verò Ieſuitarum opera & labore quaſi triginta annorum exitum filio illius attulit, qui illam perinde vt anteceſſores ſui ludum fuiſſet facturus. Rem ſtupendam, ne copias quidem ducenties mille hominum fuiſſe tantum effecturas contra defunctum Regem, quantum ducentorum Ieſuitarum manus,

DI-

DISPONENDO SVBDITOS illius, id eſt, animos eorum ita abalienando, vt extemplo incendium ab eis exarſerit, cum prius Gallia magnus quidam Oceanus eſſet, in quo ſimul cadebat, ſimul exſtinguebatur hoc fulgur.

Ac tantiſper quidem dum benè Maieſtati tuæ & tuis conuenerit cum Pontificibus, magnus doctrinæ iſtius effectus non eſt proditurus. Quod ſemper benè ſit conuenturum, ſperare oportet, ſed futura incerta ſunt: Quapropter rectè fit, quod pacis tempore diligenter finibus tuis proſpicis. Vix autem fieri poteſt, vt ter ex ordine ſanctæ ſedi proſpiciatur, ne in manus hominis veniat partium Hiſpanicarum ſtudioſi: adeò magno ſunt numero inter Dominos Cardinales. Tum verò ingenuè dico, ô Rex & ſine aſſentatione, Corona tua ſceptrumque & regnum tuum ab hac voce vnica penderet, ſi plures in ſubditorum tuorum numero doctrinam Ieſuitarum, quam aduerſam colerent. Si doctrina ipſorum obtineret, nullus futurus eſſes: Sin eſſet infirmior, retineres quidem dominium tuum, ſed planè ſanguine exitioque multorum ex ſubditis, bonorum, malorum promiſcuè coniunctum.

Hîc etiam cogitare oportet Maieſtatem tuam, iſtud excommunicationis caput longè nunc nobis eſſe periculoſius, quam quum

ditiones in Italia & copias haberemus. Hac etenim via poteramus Papæ adiumento eſſe, ſi qua forte vis eum cogeret vt noceret nobis. Hodierno autem die vnus Prorex Neapolitanus cum factioſis Hiſpanienſibus in vrbe Roma iugulum premit ſanctorum patrum; qui ter obſeſſi, ter capti eſſent antequam dimidium iter emẽſi eſſemus in ſubſidium ipſorum. Vt illud taceam, quod nunquam Roma vixit, niſi ex tritico Siciliæ, ſui granarij.

Accedit ad hæc omnia, vnum hoc obſeruatu dignum, quod videntes Ieſuitæ quantũ periculi hæc doctrina Principibus afferat, aſtute ab ea retegenda cauent, quum ſe inſinuant primum ditionibusque illabuntur: quum autem in loco belle radicati ſunt, tum eam paulatim curant influere, quaſi de manu in manum per populum, hauriendo iſti veneno plus ſatis à natura idoneum. Quid enim ſuauius in multorum ingeniis, quam ab ea ſubiectione abſolui, cui obſtringuntur ſuis natalibus? Non ſum neſcius viros bonos tenere ſcitum illud dictum philoſophi, *Regi ſuo obſequi veram magnamque libertatem eſſe:* nos & naturâ & gentium iure doceri atque obligari, vt ſeruiamus honoremusque Principem, cuius ſub imperio Solem primum lucemque vidimus: neminem hominem in orbe terrarum liberare nos ab eo obſequio poſſe, quo nos ipſi obſtrinxit Deus. Sed ſicubi mens

mens vna eſt compoſita, quæ in hac opinione ſit. comperias ternos qui diuerſum ſentiunt. Tum vero peſſimè habet quod audaciſſimi quique & ad licentiam proiectiſſimi in hoc præcipitium ruunt plurimum, paruaque ferè iſtorum mobilium hominum & axitioſorum manus multitudine aliorum ſuperior exſiſtit. Quid? nonne hoc experti ſumus? Eſt omnino mihi perſuaſum, cum Lutetiæ cœperunt illi Tyrannum dicere defunctum Regem, vt qui à Papa excommunicatus eſſet, eumque exterminari oportere; duplò fuiſſe plures, qui contra iudicarent, & qui Regem maluiſſent videre in Lupara tranquille regnantem, duodecimque ſeditioſos pendentes de patibulo: ſed reſpiciebat alter in alterum; animus, nō vis deerat: quemadmodum contingit ſæpe, vt mercatores decem á tribus prædonibus ex improuiſo inuadentib[9] ſpolientur. Qui regiam inſiſtunt viam, ſeque in obſequio naturæ continent, dormiunt de nocte: diem in ſuis negotiis ſingularibus occupant: At ex contrario qui rebus nouis ſtudent & euerſioni publicæ, hi de nocte coeunt, conſpirant, inque dies confirmant ſeſe, nil aliud ſatagunt, viuunt ex occultis penſitationibus & alios tandem inopinanteis opprimunt: qui primus in arma ruit, primas tenet.

Axitioſi dicuntur *factioſi* teſte Feſto.

Cū itaque Ieſuitæ conſtanter periculoſas iſtas propoſitiones teneant, & in mundo ſe-

minent, vt ante fuit demonſtratum: equidem non poſſum quin profitear ô Rex, videri mihi periculum impendens à doctrinæ iſtius propagatione, ſi benè examinabitur, longè grauius eſſe omnibus rationum momentis, quæ in cõtrarium appendi poſſunt.

Nam quod ad confutandas opiniones nouas in religionis cauſſa, verè poſſumus adfirmare, quemadmodum primis illis quinquaginta annis fuerunt Lutheri & Caluini errores ſuperbè propoſiti, prædicati atque promulgati: Sic inde à viginti quinque & quaſi triginta annis, eos iam magnificè, potenterque & viua voce & ſcriptis eſſe conuulſos, & infinita quadam profunditate ſcientiæ ſuperari in hoc tempore, quicquid alii vnquam attulerunt: adeo vt ſi ipſi opinionum iſtarum auctores reuertantur in hanc lucem, eos putem fore à ſuo errore diſceſſuros, quum magna illa argumenta ſua, quorum præſidio tantopere confidebant, depulſa animaduerterent. Itaque primores videmus & acutiſſimos eorum redire quotidie in Eccleſię gremium: qua in re, opinor, animi noſtri debent plurimum acquieſcere. Felices enim conuerſiones iſtæ non fiunt equuleis, non tormentis, non terroribus mortis, vt *Inquiſitio* ſolet *Hiſpanica*, (cui vnà cum Caſtellanis armis, Ieſuitæ acceptam ferunt religionis Catholicæ conſerua-

ſeruationem, vt ante demonſtrauimus) ſed gladio ſancti Spiritus æternoque verbo, quod docent noſtri Doctores, paſtoresque & boni Epiſcopi, qui in cauſa doctrinæ nihilo inferiores Ieſuitis patribus videntur eſſe, quamuis interdum optimis & validiſſimis argumentis eorum vtantur. Ita enim cenſeo, tam diligenter à nobis colligi eorum libros in controuerſis capitibus religionis oportere, quam eos procul abiici quibus diſſeminatur doctrina illa, quam ſupra attigimus.

Neque vero hoc celaturus ſum, & ſi nonnunquam patres Ieſuitæ conuerſionibus fuerunt quoque adiumento, eos tamen non æque mihi in hac re fortunatos videri, vt ſunt Epiſcopi & doctores noſtri. Auſterior illorum ratio, à natura Gallorum alienior, homines prima fronte reddit attonitos: adeo ſæpe cum exteris agunt & ita ſeſe exemplo primi auctoris ſui gente Hiſpani conformarunt, vt vultu, geſtu, actione ſaltem pleriſque ipſorum grandiorem præ ſe aſperitatem ferant.

Ita eſt tamẽ, accommodari nos oportet ad rationẽ ægri, & de medicis non ingratis proſpici: ſi quis eum recte curatum volet: Is nullo pacto Gallis Ieſuita eſt. Tam furenter maximas contumelias blaſphemiaſque in Regem defunctum intonuerunt, vt adhuc ani-

mus horreat. Ineſt Gallis neſcio quæ naturalis in amorem ſui principis inclinatio, quæ iuſtam parit nauſeam horroremque, vti ſermones ita ſæuos de ſuis Regibus audiunt ꝓnuntiari. Curaui illis aliquando dici (nam diligebam eos, forte ſupra quam debuerim) ægre mihi eſſe, quod eos viderem eſſe tam infeſtos mortuo: videri mihi officia, quæ miſer ille Princeps erga Eccleſiam ad ſanguinē & vitam vsque toties tot pręliis & tot obſidionibus fecerat, ſaltem mereri vt aliquid memoriæ ipſius condonetur. Reſponderunt cuidam ex intimis ſuis, apud quem rem expoſueram, Specioſum quidem eſſe illius dictum: ſed tempus ita flagitare, nunc demum religionem Catholicam ſtabiliri in Gallia, aut nunquam oportere. Satis his intellexi quid ſibi vellent: ipſis nempe certum & deliberatum eſſe, vt exoſam redderent populo monarchiam, ſub qua tandiu vixerunt, curarentque mutari dominum, extincta Borboniorum ſtirpe. Vt itaque vidi pręſidia Hiſpanica & Neapolitana poſt ingreſſa Luteriā; tū verum principium eſſe duxi, quo reſponſum illud ſuum effectum redderent. Et ne quid apud te, ô Rex diſſimulem, exordium hoc putabam eſſe tragœdiæ, actum eſſe, nunquam regreſſuram Pariſios Maieſtatem tuam, & tandem minora opida maioribus & potentioribus eſſe conceſſura.

Deus, qui ſemper ſingulari ſtudio regnum pri-

primum eorum qui baptizantur in nomen ſuum, proſequutus eſt, aliter conſtituit, veriſque miraculis tranquillum te, inuitis hoſtibus, magno huic imperio præfecit. Adiecit cumulum felicitatis, cum pulchram, generoſam & virtutibus inſtructiſſimam Principem dederit coniugem, decimoque poſt menſe te alterum, vota & expectationes noſtras præuertens, ſtudium ſuum erga hunc tenellum principem magis beneficiis, quam erga te, excitat Maieſtatem tuam, vt matura quam maximè fieri poteſt deliberatione, proſpicias grauibus quibuſque negotiis dignitatis tuæ; quorum pars eſt hæc ipſa res quæ agitur. Neceſſe enim eſt, vt de tribus iſtis capitibus vnum aliquod ſtatuatur: *vt aut Ieſuitis fiat ſatis ex animi ipſorum ſententia* : *aut iubeantur Areſto obſequi, quod exſilium omnibus ex regno imperat: aut denique eo loco res, quo nunc ſunt, ſinantur eſſe.*

Initium faciam ab vltimo, quia maximè prima fronte videtur plauſibile; & tamen hoc ipſum re, & veritate eſt quod minimũ habet ſpeciei, cum id omnino conſtet; Ieſuitas aut vbique reſtitui, aut vbique ad parendum cogi oportere. Iſta ſegmẽtata opera turpia ſunt, periculoſa ſunt, attingunt exiſtimationem, auctoritatem tuam. Si iuſtum & vtile eſt eos retinere, ciues oportet maneant, ac non exſules: ſin minus, oportet exeant, non exemplum rebellionis præbeant, peruicacia ſua vt

adhuc fecerunt diutius æquo. Breue ſolum ex membrana ad ſemunciæ magnitudinem mittebant Lacedæmonii: & momento eodem neceſſe erat mandatum exſequi. Id omnino eſt neceſſarium vt tam Burdegalæ & Tholoſæ pareatur Maieſtati tuæ, quam Lutetiæ aut ad Bellaquæum fonte. Sunt tibi illic ſerui & bono numero: quod Regis & domini auctoritate iuſſeris, id efficietur, ne dubita. Quod ſi Ieſuitæ tibi non ſunt vtiles, ne altius radices in prouinciis duabus illis agere ſinas. Arbor quam hoc anno potes vnica manu conuellere, anno altero non niſi ambabus manibus eradicabitur: ligone & ſecuri opus eſt in anno tertio. Suſpectam nobis oportet eſſe iſtam vicinitatem Hiſpaniæ: ſemper accuſati fuerunt Hiſpanienſium partium: id omnibus ſuis actionibus confirmarunt, quò antiquior fuit de illis querimonia, eò fuiſſe veriorem, eò iuſtiorem. Ex regno cætero exacti ſunt: ecce autem præmuniunt & circumuallunt ſeſe in duabus prouinciis, conterminis Hiſpaniæ, qui ex Hiſpania venerunt. Quodnam hoc humilitatis exemplum eſt atque obſequii? Si locus vllus eſt vbi confirmantes eos ſeſe ferri minime oporteat, id profecto eſt in regione regni limitanea, remota à noſtro ſole & ad Madritanum propius accedente. Ibi videntur Hiſpaniam eos humeris ſuſtinere: ibi ſe videntur iamque

quę obuallare contra Maieſtatem tuam, & palam dicere: *Tu nos Lutetia & aliis locis eiecisti: ſed breuiores tibi lacerti ſunt, quam vt nos propellas vlterius.* Hoc vero eſt indigniſſimum. Quid ſibi nonnulli velint, qui ſe Scabinos prædicant, prius eorum diſcipuli, & nunc veneno ipſorum imbuti, equidem neſcio quum tam ferociter pro illis dimicant: Hoc illi tamen oportet ſentiant, ſe æquè tibi ô rex debere obſequium, quam debet tenuiſſimus Lutetiæ incola. Nimia hîc eſt arrogantia, nimis obfirmata rebellio. Hactenus ſpreuerunt illi orbitatem tuam, vt olim aiebat quidam: cura nunc vt ſentiant ſe tibi & toti poſteritati tuæ perpetuum ſemper debere obſequium: nemo tam celſus futurus eſt, qui non contremiſcat. Nunquam in filio excidit iniuriarum, quę patri factę sũt, recordatio. Igitur aut Ieſuitæ pareant neceſſe eſt; aut irrita fiant Areſta tua. Atque hoc maximum eſt deliberationis argumentum. De priore illo gaudebunt multi ô Rex; de poſteriori multi. De me autem, non arbitror tam ſpectari a Maieſtate tua oportere, quid ſit his aut illis placiturum, quam quid iuſtum ſit, quid vtile. Non potes de hac re ita ſtatuere, quin voluptatem ex ea multi, dolorem percipiant multi. Semel tamen oportet ſtatui, non ſemper in incerto fluitare. Et quæ meliores, obſecro, anchoræ

eligantur, quam vtilitatis & iuſtitiæ, quæ honeſtum complectitur.

Quod ad Iuſtitiam, manibus Regum eam commiſit Deus. Anteceſſores tui, ô Rex, inde ab omni antiquitate eam fidei Parlamenti illius tui, quod *Parium* vocabant, permiſerunt, & prout abundauerunt negotia, inſuper alia Parlamenta ad ſeptenarium vſque numerum ſtatuerunt. Sed Parlamenti Parium ſemper obtinuit hæc prærogatiua atque auctoritas (vt æquum fuit ac neceſſarium) quod ea decidit quæ ſpectant Vniuerſitatem regni. Hic ordo magis viris eſt conferciſſimus in omni argumentorum genere verſatiſſimis: qui omnium maxime in cognoſcendis cauſis capitalibus atq; indicandis ſolent excellere. Nam ſi qui ſunt in orbe terrarum, qui ſummum iudicium, induſtriamque ad cognitionem cauſarum afferant, hi profectò ſunt: itaque nunquam quiſquam eſt accuſatus inſons, qui hos ſibi iudices præ aliis omnibus non poſtulauerit. Hoc nouit Maieſtas tua. [1]

Non eſt autem nouum quod querimoniæ contra Ieſuitas ad Parlamentum hoc delatæ ſunt. Nam inde ab anno CIↃ. IↃ. LXIV. decem aduocatos vnico Actu audiuerunt, qui litem eis intenderunt: quorum is, qui orationem communem habuit, vir bonus, & qui tam ſtudioſus erat domini ſui quã qui maximè (rem miram, ſtupendam narro)

præ-

prædixit omnes actiones atque inſtituta, quę in iſtis hominibus poſtea comperimus.

Quum ea omnia videmus contigiſſe, quæ ille præuiderat: primum caſum Academiæ, quam ad paucitatem ſtudioſorum ter mille adegerunt, pro eo quod tricies mille in ea viuebant prius, vt principio diximus: deinde, ſe ſubducentes paulatim ſubditos ab eo obſequio quod ſuo Principi debent, & ad Polum alterum ſpectantes: hìc omnes demum fremere (nam Ieſuitæ iam ſtabiliuerant potentiam ſuam & facti erant aliis formidabiles) omnes muſſitare & voce ſubmiſſa dicere, hoc rectè nobis Meſlinius Aduocatus regius fuerat vaticinatus: nec ipſi fidem habere viſum eſt, nec Sorbonæ; quæ præmonebat eodem tempore ſocietatem iſtam eſſe ad deſtruendum; non ad ædificandum natam; importaturam turbas, & temporalibus Principibus maximum damnum allaturam. Hæc ipſa verba ſunt Decreti illius, quæ ex authentico exemplari eius (ſi exhiberi iuſſerit) recognoſcet Maieſtas tua.

At vbi ante ora & oculos omnium ordo politicus euerſus eſt, habenæ obſequii relectæ, Magiſtratus in vincula rapti, etiam excarnificati quidam, furibundus populus ad exemplum leonum libere vagantium in bonos ſæuiens; tum Ieſuitæ patres plebem, belluam iſtam animantes, & hinc *Commoletus*, inde *Bernardus* oceanum blaſphemiarum in

regem ſuum, dominum ſuum emouentes; Contra vero efferentes Hiſpaniæ regem, & Panegyricis orationibus eum celebrantes, quem maximum orbis terrarum Monarcham pingebant, potentiorem Romanis ipſis, & ampliore dominatu, nunquã ſe ab illo deſertum iri, ſe illi eſſe chariſſimos, tantum bono eſſe animo & recognoſcere vires ſuas oportere, nunquam ſibi auxilium à viris, pecunia, comeatu eſſe defuturum: tum demum bonos omnes, qui radicatum in animo adhuc lilii florem geſtabant, pœnituit vehementiſſime fidem Caſſandris iſtis minime habuiſſe: At ſero ſapiebant Phryges.

Quum Vrbem Pariſiorum Maieſtas tua, ô Rex in obſequium ſuum reuocaſſet, omnes pro certo habuerunt te eodem momento infidos à poculis iſtis eiectur ũ, qui bonam populi tui partem ſuo veneno infecerant, & qui tam aperte coniurati hoſtilia omnia in defunctum Regem & in te exercuerãt: ſed prudentiſſime viſum eſt Maieſtati tuæ rem manibus eorum tradere, qui iuri dicundo præſunt. Academia, quę multis de cauſis ruinam particularẽ ſuã Ieſuitis ratione maxima imputabat, vt de cauſſa generali taceam, menſe Maio An. CIↃ.IↃ.XCIV. libellũ ſupplicẽ obtulit Parlamento tuo: Idem fecerunt Curiones & Parochi vrbis: cauſſa fuit agitata, ſed occluſis foribus [m]; quæ res Ieſuitis maxime commodauit.

dauit. Nam pleraque crimina, quæ obiecta fuerunt ipſis, teſtari potuiſſent multi qui foribꝰ apertis circumſtetiſſent; & noua crimina fuiſſent prolata, dum cauſſa illa compluribus diebꝰ ageretur. Superuenit ictꝰ ille, quē Devs auertit à tuis faucibus, teque dentibus tuis obuallauit. Nemo dubitauit, à quibus auctoribus; præſertim vbi innotuit, alumnũ Ieſuitarum eſſe, qui ſe ex illis aiebat didiciſſe, Regem adhuc extra Eccleſiam eſſe, Occidendum eſſe, vt in pleno Parlamenti conſeſſu teſtatus eſt. Extremum illud atque infelix inſtitutum non aliunde poterat exſiſtere, quam ab iſtis ſæuis ferocibusque propoſitionibus, quas antea diximus. Hæc cogitata non creſcunt naturaliter præcipue in animis Gallorum, qui procul abſunt ab Africa, & qui monſtra prius non viderant, quam Ieſuitæ ad nos ingreſſi eſſent. Noſtrũ ſolum non fert hæc venena ex ſe: neceſſe eſt vt ab alio dicantur ſata.

Quamobrem itur in collegium ipſorum: inuenitur inter alia narratio patris Guignardi, manu eius tota, quę ſuccum medullamque totius furioſæ, cruentæ, & horrendæ iſtius doctrinæ continebat; omnia conuenientia cum iis, quæ præuiſa fuerant inde ab anno cIↃ. IↃ LXIV. & quæ recens fuerant prænunciata, licet non haberetur fides. Cognitio itaq; inſtituitur plene atq; ſolemniter, conuocatis duabus Cameris ſeu colle-

giis Parlamenti: manum ſuam Guignardus agnoſcit: Chaſtellus omnibus dominis audientibus dicit hunc Ordinarium Ieſuitarum ſermonem eſſe, REGEM ADHVC EXTRA ECCLESIAM ESSE, LICET CATHOLICVM, QVIA PERDVRET ADHVC EXCOMMVNICATIO, EVMque TOLLI OPORTERE E MEDIO. Hæc planè conſona cum Guignardi ſcripto: *Si non poteſt componi ſine bello, geratur bellum: Si bellum geri non poteſt, occidatur.* His omnibus cognitis, quid potuit lenius Parlamentum tuum, ô Rex, ſtatuere, quam vt iudicaret ſecundum libellum ſupplicem Academiæ? cũ DEVS ipſe quadam ſpecie miraculi iudex in hac cauſſa eſſe voluerit; reuelans funditus, & tamen ſine incommodo, idipſum quod toties dictũ, repetitum fuerat contra ſocietatem iſtam; & cui ne certa haberetur fides, artes eorum, mellita verba & hypocriſis impedimentum ſemper attulerant, ne cito ab eis expediremur.

Poſt maximam igitur cognitionem cauſæ, Parlamentum Pariſienſe tuum Areſtum ſuũ pronunciat, quo iubentur exſulare ex toto regno tuo, omnibusq; tuis ſubditis interdicitur, Ne liberos ſuos ablegẽt peregre in collegia ipſorum: quæ quidem vere cautio eſt maxima, & ſine cuius obſeruatione vix dimidium fructum ex eo perceptura eſt Maieſtas tua. Semper enim daturi ſunt operam diligentiſſime, vt periculoſas iſtas propoſitiones

doce-

doceant adoleſcentes, qui amandabuntur ad ſe, & obſtringent eorum conſcientias vt eaſdem aliis inſtillent.

Dicitur quidem tibi, Rex Chriſtianiſſime, non poſſe id exſecutioni mandari; parentes non poſſe impediri quo minus extra hoc Regnum liberos ſuos ad Ieſuitas ablegent informandos: Sed reuera nihil in orbe terrarum facilius. Statuatur ſolum in eos, qui primo contra hoc Areſtum venerint multa coronatorum millenûm, cuius dimidium ad delatorem pertineat, ergo toties duplicetur, quoties reus contra Areſtum fecerit: ne vnus quidem poſtea compariturus eſt. Itane ergo hęc res videtur factu difficilis, vt etiam meritò impoſſibilis dicatur eſſe?

Altero Areſto Guignardus fuit adiudicatus morti: horror blaſphemiarum, quibus defunctum Regem, dominum ſuum ſubditus petiuerat, furenſque doctrina illius aduerſans vitę tuæ, non ſinebant ei ſeruari vitam ſine pergraui tuæ periculo.

Atque hæc areſta adeo iuſta & neceſſaria comperta ſunt, vt in aliis omnibus Iuridicis conuentibus ſine mora effecta data ſint, ſi à Tholoſano & Burdegalenſi diſceſſeris.

De Tholoſa, nihil mirum: Nam adhuc erant abalienati ab obſequio Maieſtatis tuæ, quo Menſe demū Aprili Anno cIↄ. Iↄ. xcvi. reducti ſunt. Burdegalæ autem degebāt multi ſummi Catholici, ſed Hiſpanorum & Ieſui-

tarum (qui Hiſpanorum tibicines ſunt atque eriſmata) hoſtes infenſiſſimi, qui ſummis votis expetebant vt ex Aquitania ſua pariter extruderentur, vt ex aliis regni partibus eiecti ſunt. Sed Ieſuitæ illico, vbi de ſententia contra ſe lata cognouiſſent, factionem magnã & potentem excitarunt, per intimos congerrones ſuos in duab. ciuitatib. Aginni, & Veſunnæ Petracoriorũ, vbi tũ adhuc calebãt cineres perduellis huius incendii. Sic interceſſiones perſcribi curauerunt, adeo miras, adeo horrendas, vt nihil poſſit excogitari huiuſmodi: ſed non eſt ignotus Ieſuitarũ calamus. Nam vt ſummatim dicam, Parlamenta omnia quæ ipſis exſulium imperauerunt, tuamq; Maieſtatem ad iſtud edictũ pertraxerunt, erant hæretica. Hæc ipſa ſunt illorum verba: *Religionis Catholicæ, Apoſtolicæ, atq; Romanæ inimici, Maieſtatẽ tuã imbuerũt falſis criminibus, vt eos ipſi regnoq; ipſius exoſos & ſuſpectos redderent.* Item, *ſine alia forma & modo proceſſus, & cauſæ cognitione minimum in conſilium miſſa, exſilio eos multauerunt.* An vero vnquam Parlamentũ Galliæ, tanta iniquitate, mendacio, & ſycophantia laceratum ab vllo fuit, atq; proculcatum? Sed ne hoc quidem fuit illis ſatis: procedunt longius, vtuntur minis, affirmãtes ſupplicibus libellis ſuis, res nouas Rempub. inuaſuras, non poſſe iſtam mutationem ſine alteratione & reb. nouis exiſtere. Si ætate Franciſci I. Regis, non libel-

libellus ſupplex huiuſmodi (Nam quis cogitare fuiſſet auſus?) ſed ſcriptum vllum ad hos ſermones vel tantillum accedens prodiiſſet, capite ſuo fuiſſet luiturus, quisquis id offerre præſumpſiſſet. Enimvero iſta præſumptio, inſolentia iſta, iſtæ σεμνιζόντων voces, iſtæ contumeliæ manantes ab illis, diſcipulisq; ipſorum, qui veneno ipſorum infecti ſunt (eſt autem hoc, Principes, mandata, ſenatũq; ipſorum contemni oportere) grauiſſimè offenderunt viros tuos, ô Rex; quib. id erat conſtitutũ, vt eos cogerent in obſequiũ Maieſtatis tuæ, nec cõtrouerti mandata tua paterentur. Vicit tamen multitudo vrbium, quæ tamen adhuc rebellabãt, Tholoſę ſubſidio fultæ; fecitq; vt conſiliũ de tolerãdo malo caperetur. Videbant omnes rabiẽ furoremq; inimicorũ tuorum, qui gladium adhuc ſtrictũ geſtabant contra te, perſtare diu non poſſe: omnia ipſos deficere; poſt itaq; breui rem facile effectum iri. Hanc exſecutionem variæ cogitationes, varii caſus adhuc retardarunt. Habes Narrationẽ bonâ fide, ô Rex, & ſine fuco, quomodo res illæ geſtæ ſunt, expoſitam: quid iudicatum & decretum contra Ieſuitas, quid effectum ex parte, quid non.

Iam vero non ignorat, Maieſtas tua, vim Reipub. in conſeruatione & exſequutione Areſtorum placitorumque conſiſtere, quæ ſũmæ Curiæ ſtatuerint. Quoties de eis labefactandis agitur, ſæpe multumq; deliberaui

neceſſe eſt: Opus eſt grauiſſimum. Cuius multa ſunt conſectaria. Areſta hæc nomen tuum in fronte gerunt: ac infringi non poſſunt, quin lædatur Maieſtas Regum; quorum Iudicia ab omni retractatione & mutatione conuenit eſſe alieniſſima. Adde, quod in illo conſeſſu, ô Rex, è duabus Cameris adunato, ne vnus quidẽ nominari poteſt qui ſummus nõ ſit Catholicus, & omnis aduerſę ſuſpicionis expers. Annus iam ſeptimus agitur, quum Ieſuitę vitam ſcrutantur illorum: an vnquam res vlla exſtitit, cuius nomine eæ res criminari poſſent? Quorſum igitur occentari iſta, *oderunt nos, qui opinionem ſequuntur nouam*? hoc quidem verum eſt: ſed quis cum illo cœtu? quid in conſeſſu illo potuerunt non magis profecto, audeo dicere, quàm in conſiſtorio Romæ: nihil magis.

Veruntamen inſtant, & aiunt Parlamento ſe fuiſſe odio. Quamobrem, quæſo? An ideo quod Turonib. º non fuerint? Hoc verò cur illi dicerent, cũ maxima pars conſeſſus Curię pedem Lutetiâ non mouerit? An ergo quod Ieſuitæ ſummi ſint Catholici? Multo minus: Nam domini illi, qui ſunt in conſeſſu Curiæ, magis Catholici ſunt quam illi, & ſine labe hæreſeos. Qua igitur cauſſa malo in vos fuiſſent animo? nihil ſaneadducturi eſtis, quod vel minimam ſpeciem habere poſſit: niſi forte dixeritis: *Oderãt nos, quia fueramus in cauſa tot malorum, quæ obtigerant Galliæ.*

At

At ego vobis reſpondeo, nullo iure hanc rationem odii in cenſum venire poſſe. Si Catilina fuiſſet comprehenſus, an ergo Romæ Iudices non fuiſſet inuenturus? Certè: & tamen omnes Magiſtratus optimique ciues omnes facem illam patriæ oderant. Nouum igitur Parlamentum Parium inſtituendũ eſſet damnandis ſeditioſis, & iis qui factiones exteras adiuuant. Atq; hîc tibi, ô Rex, rem vnã breuiter ſuggero, quam agnoſcent Ieſuitas, aut ſi tui omnes ſubditi amauiſſent te vt Ieſuitæ iſti, non iam tot elegantes libelli ſupplices ad te afferentur, nunquam Luparam illam Regiam ingreſſus eſſes. An iſti hoc negaturi ſunt? Si negent, an non tum tamen Maieſtas mecum ſentiet.

Poſtremo autem, Ecce admiralem tuum, quod vbi non habent quod Iuſtitiam Areſti huius labefactent, eô prorumpunt vt dicant: *Si nos Chaſtellus accuſauit, ſi rei ſumus, cur non afficiebamur ſupplicio vltimo?* Hîc ego Reſpondeo: metiri homines iſtos alienum animum ex ſuo. Cum enim cruento eorum conſilio præfuerint, qui innumera capita, tradiderunt morti, vt tyrannidem ſuam horrore confirmarent, iudicant homines iſti ſe acerbiorem pœnam fuiſſe meritos. Cur ergo non ſunt adiudicati morti? quia non Caſtellani, non Ieſuitæ fuerunt ipſorum P Iudices, qui in Terceris Inſulis ceruices præſcindi viginti octo procerib. & nobilib. quin-

quaginta duobus Gallis vno die in tabulato eodem curauerunt, & quingentos Franciſcanos alioſque religioſos ſuſpendi, qui Conciones ſecundum Luſitaniæ Regem habuerunt. Sæuitiam iſtam odimus Galli: in clemētiam ſemper inclinam⁹, modo ne inhumana ſit. Tot homines ſi morti fuiſſent traditi, crudele fuiſſet factum: ſin è diuerſo ferrentur ii, qui tot barbaricis maleficiis cauſā attulerūt, nec rebus aliis incubant, hæc altera fuiſſet grauiſſimaqne crudelitas. Quid igitur facto fuit opus? vt damnarentur exſilio. Admodum ſcitum eſt illud apud Tacitum:

Annal. 3. *Si, patres conſcripti, vnum id ſpectamus, quæ immania ſunt iſtorum hominum ſcelera, non laqueus in eos ſuffecerit; ſed viam noui, qua nos clementiæ ſimul ac ſeueritatis non pœniteat: iubeamus omnes exire regno.*

Et ipſi quoque Ieſuitæ vbi ſe telis deſtitutos vident, quæ in hoc Areſtum adeo vtile & neceſſariū Galliæ iaculentur, dicere non dubitāt (vide quouſq; rabie & furore ſuo traducantur) non eſſe ampli⁹ Parlamentū Pariſiēſe Pariſiis. Vbi ergo, quæſo, nunc eſt maximum illud Pariſienſe Parlamētū, quod in pretio eſt & admiratione omnibus Gallis, omnibus exteris? An forte eſt Madriti? Eô ne vultis prouocare à rege & Parlamento ipſius? Placet ne vt ibidem cum Pæane triumphali magnū illud Areſtum fiat irritum, prout ibidem fieri curauiſtis decreto Sorbonæ, quod Anno

no cIↄ. Iↄ LXIV. fuerat editum? Vide per DEVM immortalem, oro, vide, ô Rex, hominum impudentiam, faſtum, ſuperbiam, qui auſint in Gallia dicere, *Parlamentum parium Galliæ non eſſe amplius in Gallia, non amplius Pariſienſe Parlamentum eſſe Pariſiis.* Sed cur ab iis parci ſupremæ Curiæ petimus, cum Reges bipennibus cultrisq; occidi curent, & ſubornent emiſſarios?

Iuſtum igitur eſt, ô Rex, iuſtiſſimum procurari vt mandetur exſequutioni Areſtũ Parlamenti tui: Iuſtitia ipſa eſt. Non aberrat, qui hoc iter inſiſtit, iter ab omnibus tuis maioribus tritum, qui magis ſtuduerunt, laborauerunt que vt iudicatum fieret Parlamenti ſui quam aliud quidpiam. Nam abſque hoc fuiſſet, quomodo confirmari vnquam potuiſſent fore, vt liberi ſui, quos nonnunquã in cunis, etiam in matrum vtero relinquebãt, tot magnis poſt ſe populis imperarent ſine his viribus Iuſtitiæ ſuæ, fulcimento ſceptri ſui, columnis coronæ ſuæ, & ſtabilimento ſucceſſionis ſuæ.

Quicunque autor eſt tibi, ô Rex, vt commoueas Areſta de grauiſſima cauſſa reipublicæ in Parlamento tuo pronunciata, nunquam iſtius plagæ grauitatem, conſequentiam, adiunctaq; omnia expendit ſatis. Nihil deinceps ibi in orbe certum futurum eſſet, ſi quando imminueres, ſi infirmares, ſi denique labefactares amplitudinem tuam

ampliſſimam , maximumque tuum propugnaculũ, contra omnes rebelliones ſubditorum tuorum & contra omnia extraneorum inſtituta.

Atq; hæc de iure : Ad vtilitatem veniam[p]. Quis tam hebes eſt, ô Rex, vt non videat hoc ipſum areſtum in magna felicitatis parte ponendum eſſe, quam DEVS in te contulit? Si parricidam vnum ſpatio nouem menſium in plantario ſuo, in ſuo illo ſeminario nacti ſunt, quam multos ſeptennio adepti eſſent? Plurimum refert vtrum conficias centum paſſus, an octingenta paſſuum millia. Dum otium datur cogitandi, dum indormiſcendi, diuerſa ſæpe ſubit cogitatio : Vnico ſolum bono mométo opus eſt, & horæ inſunt diei viginti quatuor, quod vulgò dici ſolet. Sed cum eodẽ æſtu, eadé rabie, eodem furoris impetu is, qui ex illo infernali cubiculo Meditationũ prodit, horæ momento poteſt latera ſua tegere, hìc alea grauis eſt, ô Rex, hìc periculum euidentiſſimũ. Non eſt in diuerſorijs cõmorandũ, non adferuntur Lugduno [r] monita (noſti quid dicam) non lingua differens, non veſtes variæ. Nulla ex parte monita; nam ſigna imagineſque adferri poſſunt: ſimul conſtitutum, ſimul factum. An dubitat quisquam, quo nobis propior, eò formidabilioré eſſe peſtilentiam? Ad alia deſcendamus: videamus ex actionibus ipſorum, quænã ſpes nobis ab ipſis hominibus inpoſterum oſtendatur. Quanquã

æquum

æquum eſt ante omnia, ô Rex, concedi illis poſtulatum ſuum: Nempe, ne proſequaris vindictam cauſarum *Nañarreni regis, Aurelianenſis* [s] *Ducis*. Iuſtiſſima poſtulatio. Quicquid Ieſuitæ mandato defuncti Regis commiſerunt contra Maieſtatem tuam, non debet ipſis obeſſe: amplius affirmabo, ipſis prodeſſe debet. Domino ſuo ſeruiuerũt, tum eis non fuiſti dominus. Sed neque de ea te vnquam vllum verbum fuit cum illis commutatum. Monſtra mea fingunt, quę oppugnẽt, quod eis ſolemne: hoc nunquam eis obiectum eſt, nec ſpeciẽ vllam in Parlamento tuo habuiſſet. Alia in rationem venerunt, diuerſa omnia: Nam inter alias res innumeras obſeruatum fuit, quo ſe modo erga regem defunctum geſſerint. Huic ſi bene fideliterque, dum opus fuit, ſeruiuerunt in aduerſis rebus, etiamſi contra germanum ipſius filium (ſi quẽ habuiſſet) homines ipſi miniſtraſſent, mererentur laudem. Rex vero defunctus non fuit Rex Nauarræ, non dux aliquis Aurelianenſis: Rex fuit Galliæ. Non adiiciam iſtud grauius, Regem fuiſſe erga ipſos beneficum, fauiſſe ipſis per omnia; ignorauiſſe ſceleſta omnia facinora quę machinabantur in ipſum: nam quum dixi. *Regem fuiſſe Galliæ*, dixi omnia. Erat dominus illorum, illi natalibus ſubditi illius: huic ſeruiendum fuit, qualiſcũque eſſet (an vero vnquam exſtitit meli or?) feceruntne iſti? vtrum fideliter ſeruiuerunt,

an prodiderũt ipſum nequiſſime? Hîc Rhodus, hic ſaltus, hic palæſtra. Non licet hic excurrere, non campos patentes quęrere, nõ plauſibiles communes locos, vt oſtendant eloquentiam ſuam: ad hũc modum, ad caput iſtud redeundum. Audite domini Ieſuitæ; non loquor de Aurelianenſi Duce, non de Nauarreno Rege: mihi vobiſcũ, de Rege veſtro ſermo eſt. An huic domino, bono huic domino, inquã, bono regi, qui vos tanti fecerat, ſeruiuiſtis? qui tam fuerat gratioſus vobis, tam ad aſſentationem blandus? fruſtra rogo, non ſunt reſponſuri, cauebunt diligentiſſime. Quid huc prolaturi ſunt, quod non ementiatur Maieſtas tua? Alium teſtem eorum non deſidero, quæ rex defunctus de ipſis pronunciabat. Nunquã princeps vllus tot effudit querimonias, & iuſtas querimonias de ſubditorũ ſuorũ proditionib9. Ac ꝓpterea Rex ille mitis, benign9, facilis, facilior ęquo pręaliis omnibus ſubditis, curauit iſtos Burdegala exturbari, quo certiſſimo argumẽto docemur iſtos ſummopere, & quaſi ad infinitum læſiſſe Regẽ ſuum atq; offendiſſe. Et quis hæc in dubium vocari poſſit? an ergo vſque adeo hîc peregrinamur, vt nondum teneamus eum ſcripta legiſſe, & certo comperiſſe, hos veros Ligæ & conſpirationis auctores eſſe? qui omnes æque magnos ac paruos eloquentia ſua faſcinauerint, qui iſtam conſpirationem conſtrinxerint agitauerintque

que aduerſus Rempublicam, qui velis remiſque contenderint, vt Romæ Maieſtas regia excõmunicatione feriretur, qui procurauerint vt iſtud tonitru Galliam percelleret, poſtquam hanc ſceleſtam fidem ſubditis infudiſſent, Regem, excommunicari potuiſſe, non amplius eſſe regem, ſed tyrannum, & ipſos à iureiurando fidei abſolutos eſſe? Etquis noſtrum adeo malitioſus, vt nolit iſtud cernere, ſi *Iacobus Clemens* [t] non fuiſſet veneno iſto Ieſuiticæ doctrinæ imbutus, ne cogitaturum quidem fuiſſe, vnquam de hero ſuo, domino ſuo, ſuoque rege trucidando? Nonne abominanda iſta perſuaſio firmè infixa & in animo ipſius radicata fecit, vt cultrum in ventrem vncti domini impelleret? nonne hæc brachium firmauit, ictumque iterari iuſſit; credenti ſe hoc facto Heroico (ſic nominabat *Guignardus*) auolaturum in Paradiſum eſſe? Vtrum committit cædem lapis ne vel telum, an is qui immiſerit? Quis, inquam, adeo malitioſus, aut rerum noſtrarum imperitus eſt, vt neſciat, quum Ieſuitæ primum in hoc regno poſuerunt pedem, omnes Gallorum animos tam procul abfuiſſe ab iſtis hæreſibus (nam alio nomine quî vocentur, poteſtne vlla exiſtere periculoſior?) vt inter decies centena hominum millia non fuiſſet vnicus inuentus, qui tantũ ſcelus vel cogitatione voluiſſet attingere? contra vero maiores

noſtripertuderunt montes ipſos,Italiamque transmiſerunt,vt abirent eũ comprehenſuri, [u] qui Regẽ floris Liliacei excõmunicare tentauerat,hominemq; audacem ad honorariã multam,& pœnitentiam [x] publicã impulerunt,qui ſcintillam aliquã incendii immiſerat. Ante deniq; quam iſti homines adueniſſent,nihil tã ab iſtis ſceleratiſſimis propoſitionibus,quam Gallorum animus abhorruit.

Dicitur *Iacobi Clementis* apologiam *Boucherus* probauiſſe. Res factu facilis. Nouit Boucherus nunquam ſe Lutetiã reuerſurum eſſe: lata in Guignardum ſententia eſt, illius gubernatio;Spõdent ſibi quotidie Ieſuitæ ſe eô regreſſuros eſſe: facit amici officium,cum probat apologiam: certior illis amicus nũquã fuit, neq; coniunctior. Neque vero ſtuduit Theologiæ, quam illis præceptorib. Hæc tota ſcit Academia. Sed ne reſpiciamus iſtas: ſolum aperiamus illum infauſtum librũ, infauſtã Apologiam,ſpectemus fundamenta principiaq; illius. An alia ſunt fundamẽta ei⁹, quã poſſe excommunicari Regm,eiusq; ſubditos à iureiurando fidei præſtito liberari? Quid dicunt aliud,quid proclamant Ieſuitæ libris ſuis omnibus quos ante contulimus? Pergamus longius. Quid aliud iſta concludit apologia,quam *Ahodem quæri,inueniri Ahodem oportere?* Vnde hoc didicit,niſi ex Cõmoleto & Guignardo,qui ſcripſit: *Si non poteſt deponi ſine bello; geratur bellum: ſi bellum geri nõ poteſt,*

teſt,occidatur? Et ante: *Factum heroicum à Iacobo Clemente patratũ, vt donum Spiritus S. vocatum hoc nomine à noſtris Theologis, iuſte laudandum eſt.* Obſeruemus iſtas voces, NOSTRIS THEOLOGIS. Qui nam ſunt iſti Theologi? Sanctus ne Auguſtinus, Bernardus & alii illi boni & docti Patres? nequaquam: contrarium plane oſtendimus: hi ſunt iſti reuerendi patres Ieſuitæ, ab illis quã diuerſiſſimi. Apoſtoli ſunt, sũt de ſocietate Ieſu; at illi quos modo nominabam, nihil quam ſerui illius erant abiectiſſimi, indigni qui corrigiam ſoluerent calceamentorum eius. Tandem vero pater ille Guignardus, qui theſes iſtas calamo ferreo imbuto Regum noſtrorum ſanguine præſcripſerat, defletur ab illis p. *266.* Defenſionis ipſorum, tanquam ſi iacturam fuiſſent paſſi grauiſſimam. Quid magis canina rabie, magis furioſum in iſta latronum parricidarũque apologia?

Hic autem ſubit animum quęrere, ſi non probarent Ieſuitæ iſtam Apologiam, eamne Duaci palam vendi, vt fit, permitterent? paterenturne ibi hanc narrationem poſtulare? Et ſi non ſum auctor cuiquam, vt occidat Regem Hiſpaniæ. Mori malim, quam auctor eſſe. Contra enim aſſero, quisquis intentat in vitam vllius Regis, eum procul dubio damnatum eſſe: Nam ſic intentatur in DEVM, à quo inſtitutus eſt.

Sane Ieſuitæ non poſſunt impedimento

eſſe, quin illa Apologia Duaci vendatur palam & circumferatur in diuerſoria, vt vendantur Gallis. Miſeri ſc. Religioſi illi nihil auctoritatis obtinent in iis opidis, quæ domui Auſtriacæ parent, nullo pretio ſunt. Mirum eſt quod dicam, ſed tamen veriſſimum. Nouerunt omnes quam ſit homini Gallo difficile vt ingrediatur in arcem Mediolani: Sabaudi ſpeciem oportet induat, & maximo periculo ſi compert⁹ fuerit, compareant Ieſuitę omnes, qui adhuc in Aquitania & lingua Occitana ſuperſunt, eò ingreſſuri; & vnus pater Ieſuita, Mediolani agens, dicat, ſe eos pro Ieſuitis agnoſcere; ſine mora ſternetur pons, magnæ aperientur portæ. Adeo baphium Ieſuiticum omnes colores exſuperat. Enimvero qui nam ſunt homines in orbe terrarum, qui melius ſint de Caſtellanis meriti, quam qui ſocietatis iſtius? qui ad exaltationem & amplificationem imperii illorum tantum operæ contulit? Nam huic Luſitaniam debent, vt narrat ipſorum hiſtoria. Sed vnde, obſecro, tantum Ieſuitarũ in Hiſpanũ ſtudium? duas animaduerto cauſas. Prior eſt ab ortu ipſorũ Hiſpanico, quo tanquã de manu in manũ accepto, in hoc ardente ſpiritu, alũtur, augeſcunt, educantur. Poſterior eſt, quod ꝓpoſitionẽ hanc ipſi perſuadeant ſibi, *nõ poſſe Ottomannicum imperiũ euerti niſi ab eo qui Monarcha ſit toti⁹ orbis Chriſtiani:* & poſtquam huc illuc oculos

Vnio Port. tu Galliæ excuſa Genuæ f. 1976. & 2146.

in

in omnes partes circumduxerunt, nihil à ſe videri putant adeo potens, adeo opulentum, adeo magnis ditionib⁹ imperans, quã domũ Auſtriacam, quæ tenet imperium, partẽ Germaniarum & Belgii, amplius dimidiũ Italię, Hiſpanias omnes, & ab ortu & occaſu Indias: vt taceam id illis perſuaſum eſſe, ſolum Hiſpaniæ Regem ſufficere, qui totam Chriſtianitatem efficiat Catholicam.

Nemo autem eſt in orbe terrarum, qui melius nouerit quam Maieſtas tua, quo vſque ferantur conſilia domus Auſtriacæ, & quam parum id ſibi ſpondeat, quod Ieſuitæ exoptant. Tres fratres aut affines te circumſtant; à Baiona Caletum vſque Geryon eſt: ſed modo conſilium arcanum ipſorum, & quicunque ſuis muſſitationibus conciliant eis gratiam apud tuos ſubditos, ex regno tuo exeant, non eſt quod labores: *Geryon* Rex fuit Hiſpaniæ, ſed Gallum Herculem nactus eſt. Scit Maieſtas tua fabulam illam equi Troiani; non alia de cauſſa fuiſſe inuentam, quã vt doceamur quinquaginta hoſtes ignotos vna nocte in repub. effecturos ea, quę aperti hoſtes quinquagies mille non poſſint toto decennio: Indicauit etiam aliquos ferè exiſtere, qui iſtos latentes inimicos retegãt, ſed eis fidẽ multos habere nolle. Hæc ꝑfecto nobis adhuc contigerunt: nihil enim de Ieſuitis ac conſiliis eorum dictũ eſt, quod

non euenerit: nihil de Ieſuitis dictum quod niſi poſt ictum, obtinuit fidem.

Vt autem in gratiam redeant, duo exponunt nobis, ſe magno numero eſſe, & ſe officia magna principibus quibusdam præſtitiſſe. Prius illud, multitudinem adduci, nõ video cui ſit bono, niſi forte, vt nobis incutiant metum. Equidem valde ab eis metuo, dum in regno ſunt: foris vero non ſunt venturi ad Bajouem obſidendam, modo ne Burdegalæ ſint à quibus ſeparemur. Perſuadere ſtudent fortaſſe nobis, ſuam illam magnã propagationem benedictionis Dei argumẽtũ eſſe. Hæc cõcluſio & periculoſiſſ. eſt & peſſima: non. n. poſt multos adhuc annos Arſacidas vel parricidas cõſortes ſuos numero ęquaturi ſunt: vt de Arrianis, Albigenſibus, Iudæis & Mahumetanis taceam. Hoc argumentum Lutherani frequentarunt, Ieſuitæ frequentauerunt: nunc verò abuti eo in ſuam rem volunt: non bene conueniunt iſta.

Quod de ſuis officiis prædicant, quæ principibus nonnullis præſtiterunt, nunquam dubitauimus, quia homines ſint capaces, atque ad illa idonei. Sed in mundo quid periculoſius magno ingenio ſtudente malefacere? Quorſum tot iactationes illius ἱκανότητος & ſufficientiæ ſuæ? nemo dixit eos ſtolidos & barbaros eſſe. Officia quidem illa, opinòr, præſtituri ſunt: ſed iis qui virgula diuina quadam nec Papam inimicum vnquam habuerint,

rint, nec cauſſam cũ domo Auſtriaca vllã diſceptandam: quisquis vel de obolo cum illa litigat, ſi fidat iſtis hominibus, deiicietur tandem aliquando, ſiue cito ſiuę tarde: hoc illi perſuaſum eſto.

Si placebit Maieſtati tuæ curare, vt prælegantur orationes, quas nobiles Poloni quidam in Comitiis habuerunt, videbit ſeditionum ciuiliumque bellorum Iliadem, quę inter Chriſtianos vaſtarum regionum illorum, quæ à Septemtrione ad ortum pertinent, Ieſuitæ ſoli excitarunt: qui plurium illic præliorum fuerunt auctores, quam per quingẽtos integros annos fuerint olim commiſſa. Non eſt huius rei ignara Maieſtas tua, ſi volet meminiſſe. Quanquam non habemus opus vllis exteris hiſtoriis; qui aliis ſuppeditamus ipſi: exemplorum ſatis eſt. O ſi querelæ noſtræ, & iuſtæ metus cauſæ minꝰ haberent veritatis!

Sed annon eas potius duplicaturi ſumus, ſi attenderimus regulas, & bullas ipſorum cauere, vt iurent ſe obſequuturos ſuo generali per omnia & in omnibus ꝩ, vt Chriſto præſenti? Rogo autem ſi DEVS ipſe aliquid nobis mandaret ſuo ipſius ore, nonne faciendum eſſet? licet cum Abrahamo de occidendo filio Iſaaco ageretur? Quis ergo non videat, ſi quis miſer educatus in diſciplina propoſitionum iſtarum de excommunicatione Regum, includatur in illo Meditationum

Summa cõſtit.p.507.

conclaui,& alter Varades mandatum à generali adferat, quum Princeps, cuius agitur cędes, verſatur in proximo: quis, inquam, non videat miſerum illum, qui credit ſe damnatum fore animamq; ſuam perditam, niſi obſequatur generali ſuo, rem momento aggreſſurum eſſe?

Eſto autem; decem, viginti, triginta renuant: vnus tantum inueniatur opus eſt, qui nos lachrymis & ærumnis cumulet. Equidem non poſſum, ô Rex, cum animo meo comminiſci, quomodo, ii qui importunius cauſam hanc agere apud tuam Maieſtatem volenţ, eò delabantur, vt ſibi non ponant id ante oculos, quod iamque viderunt; nec reputent ſe ſuosque poſteros in tota Gallia probro æterno fore, ſi infortunium alterum accideret. Eos itaque rogatos volo, cogitent diligenter ac recordentur, nihil facilius abſcondi quam ſceleratum conſilium, nec poſſe quenquam penetrare in animum atq; cogitata hominum, niſi DEVM ſolum. Cur ergo tam periculoſam aleam ineundam putant?

Quod ſi qui obfirmatiores in ſua ſentẽtia futura ſunt (etſi non putem) cogita, ſi placet, ô Rex, non eſſe illos cultrum Ieſuiticum expertos ore; nõ irruiſſe in eos Barreriam; poſſe vades eorum eſſe innumerabiles ſubditos, ſicubi Ieſuitis opus habuerint: forte adhuc nonnullos eſſe, qui ſtatuant æquo diutius

tius Galliam bellis ciuilibus vacaturam eſſe, niſi hæ tubæ, hæ faces reuertantur. Quisquis attendit ad conſilia ſua: quisque ſuis conſulit negotiis. Tuæ Maieſtatis eſt, ô Rex, vt imperium hoc tuum poſterorumque tuorum confirmes aduerſus omnia turbinum, procellarum, fulminumque genera.

At Papa, inquiunt, poſtulat, cupit, vult: an hoc illi tam bene multis nominib. merito recuſatur⁹ es? Reſpondeo, multis modis. Primũ nãq; ſanctiſſimus pater eos probatur⁹ eſt, qui perſuadere cupiunt Maieſtati tuæ rem damnoſiſſimam; idque hac ſpecie, quod is interpellauerit Maieſtatem tuam, qui de ea optime ſit meritus. Hic enim audi quid dicat vetus author: *Nihil beneficiis periculoſius, ſi nos ſeruitute obligẽt vt faciamus id, quod perniicioſum nobis iudicabimus.* Et alter elegantius: *Si hominis bene meriti poſtulatione rem fecero, quæ mihi valdè ſit damnoſa, non ſolum perit gratia, ſed etiam iuſta mihi ſupereſt occaſio querimoniæ.* Rex profectò Galliȩ in conditionem miſeram delapſus eſt, ſi alia via meritum non poteſt agnoſcere, atq; compenſare, quam turbando regnum ſuum incendio. Secundo, nego plane hoc deſiderari à ſanctitate ipſius: magis diligit Galliam. Nouit ſe de hac vita diſceſſurum eſſe; hanc vero ſocietatẽ perpetuã iri ſubrogatione: Hȩc cũ nos inuadet, non poterit ille ampli⁹ ſuccurrere. Aiebat quidãPhiloſophus: *Vt noris ſi quis quid*

velit,oportet idem poſſe nolle. Quis autem hoc neſcit, non poſſe Papam Ieſuitis recuſare, quin ſubſcribat omnibus literis, quas illi popoſcerint? Quid Domini Cardinales dicturi eſſent, ſtudentes Regi Hiſpaniæ, quorũ parti annuam penſitationem pendit? nonne acerbe & ſupra modum quererentur, deſeri in ſuis difficultatibus homines, qui tot labores ad ſanctę ſedis amplificationem ſufferũt? Cogitur ergo ſanctitas illius optatis eorum ſubſcribere; voluntas autem coacta, ne voluntas quidem dicenda eſt. Progrediar longius. Si Papa cuperet Valentiam ad Comitatum Auenionenſem adiici, an propterea fieret? certe nequaquam. Quod ad ſummam rei ſpectat regnũq; vniuerſum, id nonne pluris eſt quam Valentiæ decem? Quarto, hoc quidem ego didiceram, Areſtis Parlamenti irritas fieri bullas quæ veniunt contra libertates & theſes Eccleſiæ Gallicanæ, aut contra Edicta, ſtatutaq; noſtrorum Regum, aut contra Areſta Parlamentorum eius: id vero nunquã didiceram voluntate Papæ in Gallia poſſe Areſta ſubrui. Quid ergo hic opus facto? Rem factu facilem. Oportet ſanctitatem eius de rationibus præcipuis informari, cur omnino ſit neceſſe mandari exſequutioni Areſta Parlamenti. Inter eas autem hęc obſeruatione digna, quæ nondum adducta eſt: in aliis quidem cœtibus & cõmunitatibus quibuſdam homines compertos eſſe, qui ſe furen-

ter

ter geſſerint contra officium, Regi debitum, nec Ieſuitis in re vlla ceſſerint. Paria fecerunt illis: ſi quis alta contendit voce, alter pulmonem rupit clamoribus. Hoc illi accuratè annotant hodierno die & tamquam oratores magni perſonant mirificè: exſtant in ſcriptis eorum ſupplicibusq; libellis de hac re narrationes integræ, quarum ſumma huc redit: *Si multum mali attulimus, alii Religioſi eadẽ ferme veſtigia ſequuti ſunt.* Sed non dicunt quod eſt rei caput; ab hoc cauent, hoc prætereunt ſilentio. Quid autem? Quod in aliis cœtibus ſi qui animi perturbatione partibus Hiſpani ſtuduerunt, alii tamen non deerant eiuſdem ordinis, qui ex dignitate ſeruirent, Turonibus, Cadomi, Redonibus, Andibus, Catalauni, & in aliis ciuitatib. paucis inſignibus, quæ in obſequio noſtri regis defuncti perſtiterunt. Hi boni viri, verè Chriſtiani, verè Catholici, ac religioſi refellebãt, deſtruebantq; in ſuis cathedris veritatis ac nõ mendacii, conſolationis, ac non ſcandali, peruerſam defectionis doctrinam, quam Ieſuitæ & diſcipuli ipſorum in ciuitatibus rebellibus indeſinenter prædicabant.

Apud Ieſuitas vero omnes, mirum, permirum, ne vnum quidem inuentum eſſe, qui vno paucius? iterum dico, ne vnum quidem inuentum eſſe, qui inde ab anno LXXXIX. ad annum vsq; XCIV. vocem vnicam protulerit, qua patriæ ſuæ, Principi ſuo commo-

daret: ſummis fuerunt in laudibus alienigenæ, & in leuando metu dominationis illius. Quæ cum ita ſint, quid amplius adduci poteſt? Quis neget cōſpirationem generalem, maximam, horrendam, furioſamq; exſtitiſſe? Nunc vero quum male cecidit, miſeros eſſe nos & plenos ſtuporis arbitrantur, ſi adhuc ſperant ſe apud nos ſeruatum iri, vt alia occaſione, melius prouiſis rebus, nos omneis cum regno peſſumdent.

Ac duo quidem, ô Rex, adducuntur, vt tibi omnis recordatio iſtius rei & ſenſus eximatur: vnum eſt, homines iſtos valde mutatos eſſe; non eos iam eſſe quos antevideris, qui te modis tam multis infeſtauerint: alterum quod oſtenditur eſt, etiamſi illis animus eſſet nocendi Maieſtati tuæ, non tamen poſſe.

De priore, oſtendatur in oculis tuis decretum [z] magnum ab ipſis factum: *Ne ſe deinceps negotiis ſtatus, ſiue regnorum rerũq; publ. immiſceant.* Age, diem decreti illius facti videamus. Dicunt factum eſſe anno XCIII. Quid ergo? iamne oblitus es, ô Rex, iſtos homines bis ab eo tempore cædem tuã procuraſſe? Quęnam hęc decreti exſequutio eſt? An ignoramus generalem exceptionem in ſtatutis ſuis omnibus (niſi ſi quid eſt pro religionis bono) exceptionẽ ad omnia quæ velit aliquis prorogandam? Veruntamen ſi placet cognoſcere, quam certo conſtituerint, ne ſe porro negotiis ad ſtatum pertinentibus immi-

miſceant,&quanti ſtatum faciant reipub.legendæ ſolum ſunt nobis defenſiones ipſorũ, quas veritatis defenſæ nomine ediderunt. p. 229.vbi vtũtur his verbis: *Sed ſtatus iſte quanam creatura eſt? videamus in os illũ,ne Ieſuitæ negotia illius ineant,neq́; indignationẽ eorũ experiantur,qui propugnant ipſum & ſunt æmuli ipſius*.Item p.231.*Expendant itaq́; boni iſti Catholici quid dicant,cũ eos accuſant,quod ſe negotiis æquo plurib.occupent: & ipſi viderint, ne perdant ſtatũ,dum tam paruã ſuæ fidei rationẽ habent: & ne terrenam requiem procurando,tũ eam non recuperent, tum illam quæ in cælis eſt, amittant*. Poteſtne ſuperbius & arrogantius demõſtrari hanc ipſius voluntatẽ eſſe, vt pergant diligentius quã fecerint vnquã perdere &ſubuertere ſtatum,quem ſe nouiſſe negãt? atq; hoc quidem cũ ratione dicunt: nunquã animo illorũ alia inſedit cogitatio, *quã vt res omnes publicas ſubuertant, Magiſtratuũ contẽptum,motum ſubditorũ excitent:* prout ſe cõiuratos eorum hoſtes declarant eſſe,qui ſunt amantes pacis. Et illud plurimum obſeruatu dignum,quod in eadẽ p. 229.*vt odium populi concilient iis qui tuum ſtatũ, ô Rex, tuã coronã, tuum ſceptrum colunt*,nouam vocem Gallicã fabrefecerunt,vt *Eſtatiens*, Statuales appellarent. Durantib. procellis ipſorũ, nos *Politicos* appellabant: hac voce iã nõ audent vti, exoleuit; cuderũt alterã; hæ perpetuæ illorũ artes.

Vides igitur, ô Rex, quam belle Ieſuitæ ſuum illud decretũ exequantur: atq; hoc ta-

men vtuntur propugnaculo, vt labefactent omnia quę Maieſtati tuæ exponuntur.

Sed quis vnquã fando audiuit, eiuſmodi promiſſionib. eiuſmodi decretis haberi fidẽ? Tantidẽ facio, quã ſi Piratæ mercatoribus oſtenderẽt ſe in conſeſſu generali ſtatuiſſe, ne amplius exerceant piraticam, nec prędentur amplius, ſe liberam eis copiam facere ſecum nauigandi. Hoc pueris facile perſuaſerint. Et quis tam imperitus adminiſtrationis mundi, qui neſciat Ieſuitas nunc ad omnia tam admouere manum, & amplius, quam vnquã fecerint? Quid longe abeamus? Proximi vicini noſtri ſub tyrannide ipſorum gemunt [aa], & id vnum cogitant, qua via ſeſe ab illis expediant. Sed vt ad inſtitutum ſermonem redeã, ſi Ieſuitę huc ad nos reuerti ſſent, quis eorum obſeruator eſſet ſiue autigrapheus? quis de omnibus nunciis faucibuſque ſubeuntibus in domos & per domos ipſorum cognoſceret? de arcanis conſiliis quæ haberentur? de iis quę adferrentur iudiciis? Quis nõ illos momento videat in eandem libertatem, qua annõ LXXVIII. vſi ſunt, vẽturos eſſe? Amplius adhuc dico; etiam ſi artes illorum contra dignitatem tuã, ô Rex, compertæ eſſent, quis putas, deinceps eas indicaturus eſſet Magiſtratui? quis ſibi nõ metueret ab anni LXXXIX. redintegratione, nequando iterum ſuperbam ipſorum tyrannidem ſubeat, præſertim ſi ex tam ſolenni exilio reuerſos viderit? Cernen-

nentes itaque patroni illorum, ægrius tibi, ô Rex, perſuaderi poſſe, nunquam Ieſuitę voluntatem prauam defore; ad caput alterũ trãſiliunt, non eis adfore poteſtatem malefaciendi tibi. Atque vt ad hanc fidem melius adducant Maieſtatem T. in libellis ſupplicibus ſuis exultat Ieſuitarum oratio, victorias tuas efferentium, & ſermones quosque Panegyricos in vernaculum noſtrum ſermonẽ conuertentium. Homines à natura amãt audire, quum narratur ipſorum felicitas, ô Rex, amplitudo, firmitas ſtatus & dignitatis ſuæ poſterumq; ſuorum laudibus ipſorũ coniuncta. Gaudeo equidem, quum video homines aquè tui amantes ac vitę ſuæ, ex animo ſtudioſos tui, in cælũ vſq; arma tua, triumphos tuos prouehere. Hoc meretur virtus, hoc pabulũ, hoc elementum ipſius, hęc pulcherrima eius cõpenſatio. Sed caueamus ô Rex, obſecro, caueam⁹ ab inimicorũ noſtrorũ laudib. Annotauerũt veteres, magos argutiſſimos laudando faſcinaſſe. Caueamus, ô Rex ab iſtis Sirenib. quæ adeò ſuauiter aurib⁹ adblandiuntur, vt ſoporent nautas, & grauatos ſomno lacerent. Quum tam ſpecioſa verba audis, ô Rex, in ore ipſorum, an non recordaris os tuum ab vno de ſeminario iſto vulneratũ? cũ tot flores audis eloquentiæ, nonne tibi in mentem venit, Gymnaſiarcham eorũ Barrerię animum accendiſſe hoc flumine eloquẽtię? Nõ malè obſeruauerunt illi, ô Rex, in ſuo

libello ſupplice, non dico clementiam (quæ ſemper eſt laudabilis iudicio coniuncta, alioqui virtus eſſe deſinit) ſed bonitatem ſtolidã Iulii Cæſaris ab illo principe Romanæ eloquentiæ euectam eſſe, & quinquaginta duobus præliis, quæ ille geſſerat antepoſitam: ſed non perducũt ad finem hiſtoriam: nempe, ſic eum obſtupefeciſſe ſui ſermonis elegantiâ, vt ſuos capitaleis hoſtes reuocauerit, lateribusque ſuis adeſſe curauerit; qui paulo poſt eum ſtilis confecerunt, quem neque Mars, neque Bellona, neq; multa centena armatorũ millia potuerant offendere. Patere fucum ſic tibi fieri, non magis tibi parcituri ſunt. Actum æque triumphum canent, vt Orator ille, qui poſt clamabat: *Pauci manu percuſſerunt Cæſarem, ſed omnes animo occiderunt.* Scio te reſponſurum, maximum illum Imperatorem fuiſſe vſurpatorem: at ego viciſſim reſpõdeo, *vnicam membranã Romanam ex Ieſuitarum doctrina poſſe efficere, vt tyrãnus habearis*: quã doctrinã profitẽtur, & iactant hoc adhuc tẽpore; neq; deinceps negaturi ſunt, niſi Generalis ipſorum ſubiectus Hiſpano, vt alii quatuor omnes exſtiterunt, prius diſpenſationẽ indulſerit, ad cautelã, diſſimulandi doctrinã ſuam, vt pedẽ reponant in Galliam. Sed hoc verbum ægrè pronuntiaturi ſunt: *Non poſſe Papam excommunicare & fulmine ferire pro auctoritate Reges, & ſubditos religione iuriſiurandi & datæ fidei exſoluere.* Quomodo ſcri-

pta

pta ipſorum omnia conciliaturus eſſet? Hæ mutationes noua in ipſos crimina, nouę probationes eſſent. Ad inſtitutũ redeamus. Hoc ergo tibi dicitur, ô Rex; quam optime conſtabilitus es, admodũ metueris, valde es terrori, tremunt omnia ſub pedibus tuis, quid Ieſuitę poſſent in te officere? Speciosa verba, & eo ſpecioſiora, quod maxima ex parte vera: quo bene nobis eſt, & illis malè. Sed in primis te oportet, ô Rex, iſtud aduertere, eos qui tantopere magnificant poteſtatem tuã, ſe adhuc in duabus prouinciis regni tui, contra auctoritatem tuam, contra edictum tuum, contra Areſta tua tutatos eſſe. Non ſum neſcius, eos ex pauculis annis ſpeciem aliquam dilationis exoraſſe: at eam non ſemper habuerunt. Præterea memineris, ſi placet, ô Rex, in Menſe Maio anni LXXXIV. fuiſſe optimè conſtitutum defunctum Regem in hæreditate fratrum, patris, aui; & tamen poſt annos quatuor eum à Ieſuitis Luparâ extruſum eſſe. A Ieſuitis dico: nam alii brachia fuerunt & pedes ſolum: hi fuerunt illud ipſum corpus quod regebat ſcapham. Hæc quis melius nouerit, quam Maieſtas tua?

Vt tamen libere dicam, ô Rex, quod ſentio, nec amplificatis iuſtis metus cauſis, nec imminutis (hoc poſterius foret longe periculoſius: Optimum Pharmacum in cauſis Status & Reipublicæ, eſt diffidentia: Sæpe vſa eſt MAIESTAS Tua, &

bene fuit) vt igitur dicam tibi quod ſentio, non arbitror, dum ſuperſtes futurus es (faxit DEVS vtſis ſuperſtes quinquaginta adhuc annos & amplius) Ieſuitas aperte ſcenam ſuam acturos eſſe. Veruntamen pro certo habeo, in hac re mihi aſſenſuram Maieſtatem tuam, neque in tua eſſe, neque in tuorum Parlamẽtorum manu, impedire quin leniter & ſenſim animis ſubditorum tuorum infundant opinionẽ ſuam de cauſſa excommunicationis, viribuſque illius, in locis omnibus vbi futuri ſunt.

Ecce igitur malum, non paruum, non mediocre, ſed magnum, maximũ; & quod grauius malum poteſt exiſtere, quam ſi tibi fortè ante quadriennium eripiantur amplius decies centena ſubditorum millia? ô lucem periculoſiſſimam! hoc, inquã, malum eſt, quod te ſuperſtite, te Rege accidet, vtut diligentiam ſummam, prouidentiam maximam hîc adhibueris, non poteris impedire. Memento dictum.

Quod regulę, reſtrictiones, & modificationes tibi proponuntur, falleris. Et quę poſſunt hę regulę elegantes eſſe? Videamus, agedum, eaſq; in conſilium mittamus. Quid, an Ieſuita neminẽ deinceps alloquuturi sũt? neminẽ vſuri? quis ergo vſus illorum futurus eſt? nõne iuuentutem informaturi ſunt? Hic vero ſolus eorum prætextus eſt, qui patrocinatur illis; etſi reuera literas ſupra quam ex

parte

parte dimidia exſtinxerũt, quas magnus Rex *Franciſcus* Muſarum pater in Galliam reuocauerat (ceſſante autem cauſſa in regno vniuerſo, ceſſabit malum) Ergo iuuentutem ſub ferula ſua habituri ſunt: & qua via hîc nos putamus impedire poſſe, ne eam imbuant illis periculoſis omnibus documentis, quę antè diximus.

Sed fingamus eis nõ eſſe collegia: omneis certe veteres ipſorum fratres, ſentinam vrbium non impedies, quin reuiſant ipſos: Et nouit DEVS, quam admirabilia effecta nouitas in Gallia aſſequatur! Deus nouit, quæ tubæ, qui præcurſores, qui iam aduentauerint! Deus nouit, quam fortiter cantaturi triumphos, & ſigna repoſituri ſint! Certe non mandabis occludi eorum ianuas, ne quis inuiſat: an poteſt vlla hora prætextus pietatis homines iſtos deficere? Tum quam importunè inſtabunt (reputet Maieſtas tua) qui in regno & extra regnum patrocinantur ipſis, vt hæ omnes regulæ, omnes reſtrictiones amoueantur, quas proponunt in hoc tempore, vt ianua eis aperta ſit? Illi ipſi qui nunc proponunt eas, primi omnium acturi ſunt vt expugnantur, & vbique reſtituatur Ieſuitis locus. Hoc ipſum eſt quod illis in aurem inſuſurrant: *Hoc tantum accipite, in hoc tantum eſte, minuamus Areſtum iſtud, cætera vobis ne ſunto curæ.* Quot interuentores illis præſentibus futuri ſunt, quibus abſentibus ſunt tam

multi? Tum verò Maieſtas tua non eſt amplius magnum illum clypeũ habitura, Areſtum Parlamenti ſui,quod eſſe oportet inuiolabile. An vlla in mundo poteſt tibi iuſtior ſuppetere excuſatio cõtra iſta omnia importunè dicta? Hic clypeus vbi effractus fuerit, quid tum poterit afferri, vt impediatur ne pedé vbiq; ponant,ſicut anno LXXXVIII.niſi iſtud, eſſe periculorũ artifices? Deũ immortalem! quid eſt, cur iſtud non dicas hoc ipſo tempore? Eſt adhuc tibi eorum memoria recens,quæ nouerũt facere:ſi oblitus es,per feneſtram reſpice: vix in vllo regni tui loco futurus es, quin ex eo videas innumera domuum rudera,quas corruperũt igne; orphanos infinitos; quos ad incitas redegerunt. Et hoc tibi non afficit animum? Afficit,ſcio: nã tibi melior eſt animus. At interceſſores ipſorum te iugulo tenent:an tibi lacerti deſunt?

Centeſimam fortè mali partem,ô Rex habes, quod illi te viuo & vidente allaturi ſunt. Si chartam hanc meam in aliquem conclauis tui angulum conieceris, poſtea verò imprudens aliquando caſu in eam incideris, me vera dixiſſe iudicabis.

Sed eſto,demus,eos nec mutire,nec ſpirare auſuros dum videbunt aſpectum tuum:nonne prudentia magnorum Principum tenetur vlterius penetrare & proſpicere propter vitã ſuam; præcipue ſi adſunt liberi? Dũ corpora noſtra bene habent, ô Rex, nõ ſentimus plu-

rima

tima incõmoda, quæ inuadente morbo ſolẽt exiſtere: Ita, cum valetudo magnorũ regnorum accidentibus perturbatur, quæ Deo placet immittere, excitantur non pauci humores praui, quorum ſtante felicitate nullus ſenſus exſtiterat. Hæc ſunt tempora, hæ occaſiones, quas Ieſuitæ obſeruant ſtatarij, nec vnquã ſinunt effugere. Si primo impetu locum non obtinent, altero vires ingeminant, itemq; tertio. Vincunt in omnib. peruicaces.

Non ſemper idem vigor ineſt, idẽ ad reſiſtendum animus. Quis morbus recidiuo grauior? cui⁹ minor eſt cõmiſeratio, ſiqua noſtra culpâ factũ eſt: preſertim vbi cauſſa mali bene animaduerſa eſt, & nobis curæ non fuit vt bene ab eo caueremus. Faxit DEVS, vt ſim falſus vates: ſed proſpicio animo tandem hoc regnum operâ Ieſuitarum in cineres abiturum. Id ſemel vidimus per illos conflagraſſe tam horribili incendio, vt inde ab Aſia ipſa videretur: inuentus eſt rex magnus, plenus virium, plenus experientiæ, non capiens ſomnum, niſi quum vellet, ferreus ad labores, ad pugnas chalybeus, qui hoc impetu extinxit malum. At non ſemper magnos illos Principes, & florente ætate largitur Deus. Ecquis non videt, quum huius regni prima nox incubuerit, hoc incendium male exſtinctum grauius, quam ante vnquam redarſurum, & liberos noſtros perditurum? Vos deploro, ô miſeri mei liberi: nam mihi quidem

huncmetum adimit ætas caduca & canities mea.

Animaduerto aliquem tibi, ô Rex, in aurem dicturum: Recte quidem tecum agitur ſcripto, & ſpeciem magnam habent quæ exponuntur tibi: ſed capere animo nõ poſſum, quomodo Ieſuitæ officia tibi tã multa eſſent delaturi, ſi ita eſſet doctrina illorum vt modò audiuimus. Fortaſſe etiam, ô Rex, qui hoc tibi dicit, idem credit, agitque bona fide: quemadmodum plerique eorum qui cauſſam illam agunt, apud te ſunt ignari veritatis, quam modo coram te protuli. Quam illi ſi tenerent, nõ minore ſtudio rogarent vt Areſtorũ tuorum executionẽ mandes, quam importuni ſunt hodierno die vt infringas ea. Iã ergo rei declarationem ex veritate afferc.

Quum tibi Ieſuitæ, ô Rex, magnos illos ſupplices libellos exhibuerunt, adeo phaleratos, adeò ſplendidos, adeò mellitos, conueniebat tum optime tibi cum patre ſanctiſſimo: quæ ratio igitur fuiſſet impedimento illis, ne tibi ſponderent officia ſua? quid aliud fuiſſent dicturi? an gloriaturi adhuc fuiſſent ſe tibi hoſtes coniuratos & capitales eſſe? Hæccine Lutetiam via?

Sed an obſeruaſti, ô Rex, quamuis libelli iſti ſupplices circumfluant lõgitudine ſupra modum, tamen eos non protuliſſe, neq; attigiſſe hoc caput quæſtionis, hunc nodum cõtrouerſię, hunc doctrinę ſcopulũ periculoſiſſimum?

ſimum? videlicet, *Nonne credant doceantque, poſſe papam excommunicare Reges, & manum iniicere coronis ipſorũ?* quæ certa baſis ac fundamentum eſt cædium omnium, quę perpetratæ in Europa aut intentatę ſunt, & fons calamitatum omnium, quas perpeſſi ſumus, ex quo ſceleſtiſſima hæc doctrina tam audacter fuit ſeminata. Huc, boni oratores, huc vos venire oportuit; nõ autem narrationes pertexere de obſequio, quod à natura ſubditi ſuo Regi debent. Rem magnam ſcilicet: quid? nonne ſemper inſtructi eſtis exceptionę veſtra? qua' tandem? nimirum iſtą: *Modo ne Reges ſint excommunicati à Papa, qui poteſt omnes ſubditos à religione iuriſiurandi & datæ fidei abſoluere.* Hoc demum eſt rei caput. Præcisè nobis reſpondete, & nihil circuitione vtimini: Vtrum verum eſt, vobis hanc exceptionem præſto eſſe ad manum, an vero eſſe calumniam? Sed quid ego conſumo tẽpus in roganda ſuper hac re ipſorum ſententia? en libros illorum, plenos iſtius argumẽti: hoc vnum clamant, hoc vnum intonant. Ex quo alio fonte profluxit malũ quod tulimus? ſumus ne expertes ſenſus? Quis ergo fecit, vt excommunicatio, contra defunctũ Regem anno CIↃ. IC. LXXXIX. in Gallia obtineret? quę profecto abſq; Ieſuitis fuiſſet, non valuiſſet amplius quã illa anni CIↃ. IↃ. XCI. Turonibus [bb], vbi non erant nigræ animæ Ieſuitæ & ab extraneis redemptæ.

Nonne videmus, tantum abeſſe, vt doctrinam iſtam negauerint, vt contra gloriati de ea ſint etiam poſt exilium ſuum, vt principio demonſtraui? An verò tam imperitos eos putamus eſſe, vt ſupplicibus ſuis libellis in has caſſes ruant? Profectò non bene verſauiſſent ſuam Rhetoricam, quæ ſilentio præterire eas obiectiones iubet, ad quas non datur reſponſio. Ad has Lector accuratè non ſemper attendit, traduntur obliuioni: modo reſpondeatur ad id quod propè abeſſe videtur, ſufficit. An vnquam melius ſua ars oratori ceſſit, quam Ieſuitis iſta? Quis certiorem fecit Maieſtatem tuam eos ſilentio præterire magnum hoc quæſtionis caput? An quiſquam expoſuit tibi Ieſuitas parcos in dicendo eſſe? Gallicè non loqui? nunc aſſentari, quando bene cum Papa agitur? At illi cauent ſibi diligentiſſime ab eo dicendo, quod dicturi eſſent, ſi Deus nos vſq; adeo affligeret, ſanctiſſimo hoc Patre recepto ad ſe, Roma aliquem nobis daret *Bonifacium octauum*, [cc] *Benedictum* 3. [dd] *Iulium* 2. [ee] qui excommunicationem ad nos transmitteret aliis cõſimilem, quarum fulmina vibrauerunt contra reges noſtros Chriſtianiſſimos, ſummè catholicos, & primos orbis Chriſtiani Reges, ex libris illorum, ex omnibus actionibus, & ex tot prædicationibus illorum, ô Rex, agnouimus, ſi fides ipſis haberetur, illos tali

occa-

occaſione data, te aut ſucceſſorem tuum effecturos Regem à ſubditis, dominum ab hæreditate nudum, priuatum hominem, particularem, maledictum, execrabilē, miſerum, errabundum; denique eiusmodi, qualem te & defunctum regem ſperauerant effectum iri, & reipſa fuiſſent effecturi, ſi omnes Catholici Galliæ fuiſſent boni Ieſuitæ: quemadmodum planè conſilia dantur ad hoc efficiendum, iſtorum hominum reuocatione, vt doceant & certam hanc fidem mentib. inſigant iuuentutis, & te & totā poſteritatē tuam in perpetuum vnica Bulla ex throno S. Ludouici exturbari poſſe.

Sed quid rationibus opus eſt, cum exempla ſuppetāt, quæ te attingunt proxime? Adeptus es, ô Rex, notitiam hiſtoriarum multarum: audiui te hiſtorias narrantem, quas ignorabant multi qui polyhiſtores ſibi videbantur. Quod ſi nunquam forte niſi viticam didiciſſes, ea hæc futura eſſet: narrabo tamen paucis, quia neceſſe eſt eam tibi è memoria excidiſſe. Anno CIↃ. IↃ. XII. agebatur annus vigeſimus nonus, quum Catharina Regina frueretur Nauarræ regno, quod ipſi obtigerat exceſſu Franciſci Phœbi fratris, ex ſucceſſione quamplurimorū anteceſſorum Regum. Anni octodecim elapſi erant, ex quo cū Ioanne Albretano marito ſuo coronata fuerat Pompelone: Deus illis filium vnum dederat cum filiabus tribus: regnum

eorum opibus & potentia adeo floruerat, vt ſemper Caſtellanos & Arragonios feliciter cederet. Iuſta pace cum illis vtebantur, ſummoque & antiquo fœdere, cum regno Galliç, regi noſtro Ludouico 12. magno Regi, magno Duci quam dilectiſſimi; denique, non videbatur fore vt ipſa tota Europa de aggrediendis illis vel cogitare præſumeret. Papa tamen percitus Gallorum odio, in hos Reges vibrauit excõmunicationem ſuam, ſubditos eorum à religione iurisiurandi & datæ fidei liberauit, regnumque eorum expoſuit prædę, primo cuiuis occupaturo: qui ſtilus eſt ordinarius. Eâdem bullâ in Regem quoque noſtrum vibratur fulmẽ, vt iam ante factum. Quid autem accidit? à Gallis ne vnus quidẽ nutauit vnquam: contra verò (atque hîc mirari poſſis, ô Rex, indolem bonam noſtram & naturale ſtudium erga Reges, antequam guſtauiſſemus doctrinam iſtam Ieſuiticam: quæ res euidentius commonſtrabit plagam regno tuo per illos impoſitam) contrà, inquam, maiores omnes noſtri, nemine excepto, geminas vireis animi contulerunt, vt ſeruirent Regi, frendente Iulio, qui odio in ipſum ardebat; & amorem ſuum in principẽ ſuum adeò amplificauerunt, vt vix crederent incolumem niſi viderent, Patrem ſuum, ſeruatorem ſuum, Regem optimum appellarent: denique permanſit illi ex eo tempore indi-

inditum nomen *Patris populi* & in æternum permanſurum eſt.

Ex contrariò autem quid Nauarreno regno accidit? Rex & Regina Tutelam, ordines conuocarunt: placuit, eis ſeruitium præſtari vel ad mortem vſque, non obſtante Papę excommunicatorio fulmine. Ecce autem repente ſeditioſi homines exſtiterunt, turbatores, χρεωκόποι atque obærati, rerum nouarum ſtudioſi, qui nunquam parcè velum religionis obducunt rebus ſuis, qui ſoli hominũ (ſi fides habebitur) ſunt plane Catholici: iſti in populo cœperunt diſſeminare illam ipſam doctrinam, quam ante expoſui, quamq; poſtea Ieſuitarum opera ſatam in Gallia vidimus. Quid itaque factum eſt in Nauarreno regno? Seditioſi iſti alios omnes effecerunt veternoſos, deſtitutos manibus pedibusque, hos religione, illos ſeditioſorum interminantium metu: adeo vt abauus & abauia tua, ô Rex, in medio ſubditorum ſuorũ ſine ſubditis comperti ſint, & ſine milite per medias acies. Nunquam deniq; defectio proditioque exſtitit adeo fœda, & pudenda, & miſerabilis, qua illi coacti ſunt trahentes quaternos liberos, ex quorum vno genus ducis, ô Rex, fuga ſe in Galliam proripere, efficiente membrana vna Romę ſpatio vnius horulæ, quod tota Arragonia & Caſtella tota mille annis non fuiſſet effectura. Cum regnum amittitur, poſt trium aut quatuor præliorum

inſignium iacturam, quæ res innumeris aliis accidit, id ſaltem aliquid cõſolationis habet: ſed vbi rex ſe regno expulſum videt, nemine ſubditorum contra ſtringente gladium, religionis prætextu; hoc verò indignationes omnes, omnes deſolationes, & omnes calamitates ſuperat, quæ apud homines excogitari poſſunt.

Sequente anno CIↃ. IↃ. XIII. Rex noſter iuſto dolore percitus, quod Regem Reginã-que ſua occaſione videret exutos regno, collectis copiis tranſmittit Pyrenæos ſaltus & rectâ Pompelonem petit: quam adeo grauiter preſſit, vt ab Inſula Villeriis & Cannæo ſigna muris imponerentur opidi; ſed ita fortiter eſt propugnata, vt re infecta oportuerit diſcedere. Poſt annos octo, rogatu Henrici Albretani Nauarræ Regis, alterum exercitũ ſubmiſit Rex *Franciſcus*, qui Pompelonem recepit; ſed mox iterum amiſſa eſt. In hoc bello *Ignatius Layola* virum ſe præſtitit, & vnus ex ducibus ſignorum Hiſpanicorum fuit: ſed rem ita geſſit pretio vnius pedis, & altero pede infirmior eſt factꝰ ex vulnere. Hic dux, auctor, & pater Ieſuitarum eſt. Nunc vide, Rex; an non diſcipuli veſtigia magiſtri ſui ſecuti ſunt? nonne ardens ſuum ſtudium erga Caſtellanum imperium, & extremum odium contra Galliam ſcitè aluerunt?

Admodum fundator eorum iuuit, vt Nauarreni perſtarent ſub Caſtellano iugo, diſci-

puli

puli verò aleæ vnius prælii expoſuerunt Galliarum libertatem. *Vnus*, dico: nam vnum præliũ non poteramus perdere, quin te perderemus, ô Rex, qui nunquam aliud perfugium habere quam ad ſigna florũ lilii voluiſti: te autem perdito, ecquis non videt manſuram fuiſſe Galliam, ſicut & Nauarrã, ſeruam captiuamq; ſub Caſtellano iugo ad remos & vincula? Quid amplius? auctor iſtorũ fuit vnus ex ducib. præſidii Hiſpanici Pompelone: diſcipuli verò, Lutetiæ per triennium præſidium Caſtellanum locauerunt atque defenderunt. Verumtamen hæc omnia nihil ſunt ad illud quod iam ſum dicturus. Layolę iſtius diſcipuli acri iudicio præuidentes, Regis illius Reginæque tam miſere exturbatorum ex hæreditate nepotem Caſtellanis olim terrori fore, fecerunt quicquid in mentem coniuratiſſimorum, ac ſumme capitalium hoſtium venire poteſt, vt hanc ſubolem perderent: quumque eam inuito furore ſuo in thronum Sancti Ludouici euectam animaduerterent, & metum & conatus ſuos contra ipſum regnumque ipſius ingeminauerunt, idẽ venenũ copioſe in populũ illiꝰ effũdẽtes, quod olim regnũ Nauarræ perdiderat, & quod nunquam in Galliã, niſi per iſtos ſubtiles & audaces pharmaceutas potuerat importari. Nihil horũ fugere hęredẽ illũ Catharinę Reginę potuit; & tamẽ neſcio quæ influẽtia, neſcio quod infortuniũ

æquè Gallis ac Nauarrenis fatale atque ineuitabile mox perſuaſerit, vt eoſdē Layolæ diſcipulos retineat in regno, ex quo ſolenniter iuſſi ſunt per Parlamēta ipſius exſulare. Quis rem tam inauditam vnquam crediturus eſt, poſtquam leonina pelle pugnatum eſt tam diu, nunc eum ſe vulpina decipiendum exponere? At non inuenitur Iulius ſecundus in omni tempore. Certè; at nec ſemper exſtant quæ amittantur regna. Non opus eſt tot Iuliis; vnico opus eſt, ſi modo Gallos tam bene *Diſpoſitos* quam Nauarrenos inuenerit. Pondera, ô Rex, etiam atque etiam quod mox ſum dicturus. Excommunicatio Sixti Luteтiam, Lugdunum, Tholoſam, Maſſiliā, Ambianum, Narbonem, Aurelianum, Biturigas, Nannetas, Trecas, Diuionem in defectionem adduxit & alia innumera. Quid de Ieſuitis dicas? nonne ſtrenui ſunt milites, homines induſtrii? Si tantum ſpatio triginta annorum progreſſi ſunt, quid deinceps fuiſſent facturi, poſtquam tot conſcientias commouerunt, & tot iuuenes docuerunt, qui ad honores in diem aſſurgebant? Cur in confeſſibus ſenes ferme omnes probi Galli, iuuenes ferme omnes inimici tui comperti ſunt? Cur toties filium planè aduerſantem patris iudiciò vidimus, niſi quia ſenes lac Ieſuiticum minime ſuxerint?

Sed placet ne, ô Rex, cognoſcere audaciam iſtorum, quâ gloriantur magnum iſtud

& hor-

& horrendum vulnus animis ſubditorũ tuorum à ſe fuiſſe illatum, quod ſingulis diebus augent, ſcabunt, atque amplificant? Oportet eas ſolum voces in animũ reuocari, quas ante tranſcripſi ex Defenſionib. ipſorum. Ac propterea, inquiunt, videmus gladium in perſonam multorum Regum in multis regnis fuiſſe vſurpatum: quod ſi non ſemper fuit vtile exercitium eius, ſemper tamen vtile potuit eſſe, *Si quidem ſubiecti bene fuiſſent diſpoſiti: Nonne hic perſpicue clamant*? olim non fuerunt Galli bene diſpoſiti ad deſerendos reges, cùm primum intonaret excõmunicatio, ſed contra potius ſtudium ſuum erga eos ingeminauerunt: Nos verò triginta annis adeò bonam magnamq; eorũ partẽ diſpoſueram9, vt parum abfuerit quin ſimus victoriam aſſequuti. Quod ſi artib. noſtris & tã variis hinc inde cõmendationib. nos adhuc ibidem tutari poſſumus, tã bene diſponemus Gallorũ animos, vt plenũ triumphũ canamus altero impetu. Enimuerò plurimum fueris, ô Rex, de poſteritate meritus, ſi eam miſerè ſubieceris eius arbitrio, qui primus inſidens ſanctæ ſedi partes Hiſpanicas colet, eos homines reſtituendo qui eò audaciç ſuperbięq; deuenerunt, vt ſchiſmaticã hanc doctrinam ferant, deq; ea glorientur, eã alta voce proclament, locisq; omnib9 promoueãt. Sic opus accelerabitur. Et quorſum, ô Rex, tot blanditiç, quibus infantem in cunis excipis, ſi eodem tem-

pore ſtructores intromittas, potentes arces in Gallia exſtructuros, vt ad primam tubæ ſignificationem ſubditi eius tam attoniti eneruesque reddantur, tam *diſpoſiti* quam anno CIↃ. IC. XII. fuerunt Nauarreni? An non id tibi ſatis eſt, hac doctrinâ Pompelonem ipſi ereptam eſſe, niſi & Lutetia per eam erepta ſit?

Offerunt quidem tibi Ieſuitæ ſupplicibus ſuis libellis ſpônſores, qui tibi & tuis omne damnum præſtituri ſunt. Sed inauditũ mihi adhuc fuerat, ô Rex, in cauſis regni fideiuſſores dari. Etenim apud quos iudices poterunt citari, ſiquis eiectus, errans, vagabundus eſt per orbem terrarum? Rem tamen oportet accommodari. Acquieſcamus ergo cautionibus, modo ſint idoneæ: alioquin fruſtra eſt.

Videamus, quænam futuræ ſint. Apud tuos ſubditos, ô Rex, nemo futurus eſt opulentus ſatis: nam eius bona ne milleſima quidem pars iſtius ſummæ futura ſunt, de qua eſt opus caueri. Apud exteros quem idoneum offerant, vt caueat de Regno Galliæ? Video quid ſit, ô Rex: fideiuſſor quem tibi daturi ſunt, cauens de fide, de ſtudio ipſorum in ſeruitium tuum, eſt Rex Hiſpaniæ, qui corpus ſuum pro corpore ipſorum pignori dediturus eſt. Hic tam opulentus eſt, tam multarum ditionum dominus,

nus, TAM AMAT GALLIAM: cur eum renuas?

Atq; hæc quidem de cautionibus, bene eſt: tranſeamus ad cætera. Quid fiet illa columna ff, ô Rex, quæ ante Curiam hanc tuã præfert notam in marmore poſteris noſtris illius ſtudij, quo magnus ille populus vniuerſus flagrat erga ſuum bonum Regem, ſuum magnum Regem, liberatorem ſuum, qui eodem anno è ceruicibus ipſius iugum Hiſpanum exemerat? columna magis honorata, magis glorioſa, quam illæ Traiani & Antonini cum annis certantes & immortalitati conſecratæ?

Eamne adhuc ſtare ſines, ſi contra omnino feceris, quam tu ipſe Areſto ſanxiſti, quod tibi inciſum eſt? Quid dicturi ſunt qui contra videbunt quam legent? hiccine magnus ille Senatus Galliæ? ſunt quidem ſculpta in Marmore areſta eius, ſed reuera contemptui ſunt, proteruntur pedibus.

Rem profecto pudoris plenam. Quid ergo faciamus? eundum iamiam, & columna euertenda. Quid? euertenda? Extaret ne in mundo quiſquam adeo infortunatus, vt tibi abominandum iſtud conſilium vellet ſuggerere, vt tu ipſe, ô Rex, maximarum & ampliſſimarum victoriarum tuarum tropæa ſubruas? tuam memoriam

metu & puſillanimitate fœdes? vt quemadmodum primum ex ſtrenuis Regibus noſtris annotamus eum, qui effregit iugum Romani imperii, ſub quo miſeræ Galliæ tot annos languerant; ſic te ediuerſo in perpetuum hiſtoria annotet fuiſſe primum, qui fractus ad mandatum Romæ, ipſe tuas laurus auulſeris, marcidaueris palmas tuas, monumentaq. miſerè deieceris rerum tuarũ fortiter geſtarum, & beneficiorum tuorum erga regnum tuum & Lutetiam tuam, domicilium magni huius imperii, gloriam Europæ, & mundi miraculum?

Proh, quid amplius Generalis Ieſuitarum optare poſſet? ſi magna acies Hiſpanica deducta à ſuis & ſuorum Sedecimvirorum reliquiis vniuerſa per muri labem ingrederetur Lutetiam, nonne initium ab effractione iſtius columnę facturi eſſent? Galliamne pati, ô Rex, te Rege, te mandante maximã turpitudinem, facinuſque maximum quod ab inſolentia Caſtellana vnquam ſubire poſſit?

Si poſtridie felicis illius conuerſionis tuæ, ô Rex, in fanum Dionyſii aduenıſſet Angelus è cælo, qui tibi Lutetiam oſtendens dixiſſet, Ieſuitæ præſidiumque Hiſpanicum, quod in magna illa Vrbe locauerunt, & quod in ea continent habendo conciones apud populum, in gratiam illius, hi ſoli impediunt ingreſſum tuum, deſiderant te in ea omnes boni; ingredieris tamen iſtis ſceleratis inuitis, &bre-

&breui: poſt nouem menſes dabunt operam vt trucideris, ſed non poterunt efficere: magnus ille DEVS ſuperne auertet ictum, facietque vt confiteatur parricida nefariam Ieſuitarum doctrinam & quotidianos eorum ſermones contra te habitos, ipſum perduxiſſe, & impuliſſe in cædem tuam: Dabit etiam Deus vt iſta declaratio inſuper ſcriptis & propria manu ipſorum comprobetur: Itaque omnes in exilium mittentur: tu vero ſeptimo poſt anno reſtitues eos ad euerſionem regni tui & deſolationem familiæ tuæ: ſi (inquam) Angelus è cælo hæc tibi prædixiſſet, ô Rex, fuiſſes ne pro vero habiturus ſermonem illum? Minime gentium proculdubio: adeò poſtremum hoc caput à tua voluntate pendens tibi viſum fuiſſet alienum. Vide tamen, ſi placet, vide quam propè abfueris à perficiendo hoc malo, tam cito oblitus mali quo affecerunt te, & quotidie poſſunt afficere homines iſti, qui antiquos Reges noſtros REBELLES vocãt, quod ſua diademata, coronas ſuas ad primum ſtrepitum excommunicationum contra ipſos emiſſarum in ſolum non afflixerint; & qui furioſæ iſtius doctrinæ conſectarium iſtud innumeris de populo perſuaſerunt, Regem defunctum noſtrũ TYRANNVM & REBELLEM extitiſſe: quæ res profectò ei cruentam mortem attulit.

Non ponis tibi, ô Rex, ante oculos imaginẽ

excelſam, pallentem, cogitabundam, triſtem magni illius Principis, optimi fratris tui; vt erat quum affectus vulnere & ſanguine madens, paternum ſtudium teſtabatur tibi ad extremum vſque halitum, amplexando te in media ſua acie, tota madente lacrymis, & vltionem ſpirante?

In ſuperis agit, beatus eſt, mortuus pro libertate patriç, pro liberis ex captiuitate liberandis: contemplatur actiones tuas. Quid? irrita facere te Areſta Parlamenti ſui, facta cōtra parricidas ipſius, qui ipſum vinctum cultro mactari curauerunt, mortuumque ſuis pugionibus confoderunt, proclamando in
„ vniuerſa Europa. Eodem die quo nos Burde-
„ galâ iubebat eiici, vitâ depulſus eſt: Aiunt eū
„ mandauiſſe vt ad S. Macarii compingeremur
„ omnes ibidē iugulandi, niſi iugulatus fuiſſet
„ prius? Non eſt vnicus Ieſuita, o Rex, corpus Ieſuitarum eſt, Ieſuitæ omnes, qui ſuis literis, annalibus, ſolēnibusque in vniuerſa Europa decantant hunc triumphum. Europa autem? imo in vniuerſo terrarum orbe in ſuis coloniis, vbi nunc crudelia effecta ſuarū propoſitionum periculi plenarum oſtentant, vbi tropæum ſtatuunt cruentum induſiū noſtri defuncti Regis; ſuperba, in quā, ſpolia primi in mundo Regis, quaſi de cælo tacti tonitrubus, quæ in Galliam vibrari curauerunt, vbi ante aduentum ipſorum nullis vnquam viribus extiterant.

An ergo placeret, ô Rex, conſolationem quæ reſtat nobis eripere, & ſolam notam, & monimentum ſolum, quod nepotes noſtri de cæde Regis defuncti & domini noſtri defuncti habituri ſunt?

O miſer domine mi? ô miſer Princeps domine mi? ſi nihil aliud potui, hos ſaltem extremos fletus, has vltimas lacrymas humillimi ſerui tui & fideliſſimi ſubiecti habeas: forte etiam ſuſpiria comitabuntur decies cēties mille Gallorum me legentium, ſi non hac ætate, at certe poſterioribus. Cur enim ſingultus mei, cur mei gemitus non durarent tantum, quantum boni Galli in terra duraturi ſunt?

Si maiores noſtri, ô Rex, venenatam iſtam excommunicationis doctrinam & de poteſtate Regnorum transferendorum hauſiſsēt, magna hæc ſucceſſio non fuiſſet ad te vſque ventura; olim tuis maioribꝰ auulſa eſſet. Exilium Ieſuitarum eſt ſceleratæ iſtius doctrinæ exitium: exitium vero doctrinæ iſtius, vita eſt & gloria & ſplendor regalis familiæ tuæ. Si qui contra apud te dixerint, eam videre humi proſtratam cupiunt. Rem tenes: quod ſi tenens non medicaberis, ſubruis ipſe fundamenta regni tui, quæ tuum eſt confirmare.

Magnanimus & generoſus Regis animus non ſolum in bello ſpectatur, in principiis feræ aciei accendens nobilitatem ſuam, fultus Rex Euriaci.

multiplicibus vndequaque plumis, & vt ſit hoſtibus conſpicuus, proritans audaciam illorum & lancearum ſiluam, quā mox fulmineo impetu protriturus eſt: ſed magis adhuc elucet, ô Rex, in magnis grauibuſq; negotiis regni conſilio tractandis. Ibi prudentia opus eſt emicet: ſed exterminandus omnis metus diſplicendi, omnis creandæ moleſtiæ formido: hęc te indigna eſt, indigna Rege Galliç, etiam ſi non eſſet id quod es. Rex Galliæ legem aliunde, quam à Deo non patitur. Vide, ô Rex, quid iuſtum; vide quid tibi, poſteris tuis, & regno tuo vtile: aliud ne ſpectes.

Ius eſt, ô Rex, vt Areſta Parlamenti tui, Parlamenti Galliæ, mandētur exſequutioni in Gallia: hic maxime regni tui vires. Quis ergo tibi auctor eſt, ô Rex, vt brachium dexterum ipſe præcidas tibi? Reuera, mentitis nominibus Rex Philippus eſt, qui cupit, qui inſtat, qui molitur. Frater tuus eſt, noui; ſed cōſiliis periculoſis vtitur. Iuuenis eſt, ambitioſus eſt, magnus eſt: ſcit Reginæ Catharinæ hæreditatem à ſe detineri, ab hoc verme arroſum fuiſſe animum patris ad mortem decumbentis. Dum vixit, aſſentatus eſt ipſe ſibi, fretus Iulii poteſtate: quum vero ſenſus eius quod ſibi coram magno domino, coram magno Iudice mox comparendum eſſet, horrorem attulit; tum inquiſitionis illius aſſentationes, blanditiæ Ieſuitarum illius non potuerunt ipſum contra ſcientiam ipſam, contra

tra conſcientiam ſuam defendere: neceſſe habuit loqui, neceſſe teſtari, & iſtam perturbationem, iſtam facem, iſta tormenta diſpoſitione teſtamentaria alleuare. Verum tantum abeſt, vt hoc teſtamentum filius velit exequi, vt contra infinita, incredibilia conſilia agitet: ſola Gallia inhibet curſum illius. Quam foret ipſi commodum, ſi haberet ſemper in viſceribus magni huius regni homines certos, promptos, acreis, forteſque exequendis omnibus optatiſ ipſius, quouis periculo? Quam commodum, ſi ſemper haberet exploratores adeo peruigiles, adeo audaces, adeo peritos diſſimulandi arcani, vt quisquis ſiue Gallus, ſiue extraneus in regnum conſpiraturus, nunquam dubitet eos appellare? In aliis conuentibus fieri poteſt vt vnus pro altero per errorem accedatur, perditio veniat. Sic fecit Barreria: ſi inſtitutum ſuum Ieſuitis ſolum retexiſſet, erat omnino de te actum. Quid vnquā commiſerunt ſimile Tēplarii in Gallia? Humiliati in Italia? Franciſcani conuentuales in Hiſpania? Infinita quidem eſt poteſtas Regum, fateor: ſed ita, ſi coniunctam habet prudentiam, virtutem principem Principum. Quum magna culpa commiſſa eſt, admodum eſt difficile, plerumque impoſſibile vt curetur. Quis putas, ô Rex, deinceps ſit cogitaturus de conſilio vllo contra iſtos agitando, quamuis in regnum tuum, in caput tuum machi-

nentur? quis porro actor eſſe velit? quis teſtis? Quis iudex? Exiſtunt principio homines, ô Rex, qui improbis obſiſtunt: at vbi ſe deſertos vident, vbi domos ſuas à ſerpentibus circumcluſas vident, qui aliquando irrumpentes liberos ſuos voraturi ſunt, eo fit vt deſperent omnes, eo animus abiicitur: tandem vero paulatim quisque flectitur, ſe quiſque accommodat: ô vocem Regibus periculoſiſſimam! Si defunctus Rex in viuis eſſet, haberet quod diceret ſuper hac re: hoc vno defectu eô deuenit, quô tandem deductus eſt. Ex eius exemplo, ô Rex, vtilitatem cape, etiam ex finitimorum exemplo: obſerua, vnquamne *Carolus quintus* aut filius eius, magni illi politici, in publica regni cauſa, infirmari ſiuerint aut percelli adminiſtros ſuos. Obſerua, an vnquam homines admiſerint qui in ſuſpicionem apud ſe vocari poſſent. Etiamſi Maieſtas tua nihil ſpectaret amplius, quam primam Ieſuitarum inſtitutionem, ortum, progreſſum, locum vnde veniunt, eos tibi abominationi eſſe oporteret. Poſtquam vero horrenda effecta expertus es, quibus grauiora hoſtes maximi optare nequeant: poſtquam ab iſta exitiali ſecta, à periculoſa factione iſta magno Areſto fuiſti liberatus; qua ſpecie parricidas tuos in regno tuo reſtituas, ſeditionem in populo tuo, factiones & partes in prouinciis tuis, quæ

plus

plus tranquillitatis ab exilio Ieſuitarum, quam prius totos annos triginta expertæ ſunt?

Non vult tentari DEVS: Iam te bis, ô Rex, à cultro illorum vindicauit, circumdedit te nunc tot bonis Prælatis Doctoribusque, tot doctis atque deuotis Religioſis omnium ordinum plenis probitate, doctrina, obſequio, ſtudio erga Maieſtatem tuam, millies aptioribus ad exaltandam noſtram religionem, noſtram catholicam, quam ſint homines iſti imbuti hac exitiali hæreſi, cuius fundamentum vnum eſt, POTESTAS MVTANDI REGNA, ADIMENDI HVIC, ET TRADENDI ILLI. Cur ſpernas ipſe gratiam, quam tibi fecit diuina bonitas, te è ſepulchro, ex vinis mortis educendo? Mortis per eos optatæ, appetitæ, coniuratæ, qui Galliam eodem feretro cum duobus ſuis poſtremis Regibus elatam ſepultamque volunt?

Non metuis, ô Rex, ne offendas eum, qui admirationi vult eſſe prouidentiam ſuam, & ſibi gratias haberi de bonitate & protectione ſua? An tibi in dubium venit præſediſſe ipſum magno illi conſenſui, magno Parlamento totius orbis terrarum auguſtiſſimo, conſilia ineunti, de rebus ad vitam ſui Principis & conſeruationem Regni pertinentibus? Quid? Hoc Areſtum à

te infirmari? Et quî ſcis, ô Rex, an illud ſit in cauſa cur adhuc viuas? quî ſcis an Devs hoc vti voluerit ad te in vita ſeruandum? hoc vti propugnaculo aduerſus impetus illorum? poteſne perueſtigare iudicia & arcana eius? an neſcis magnas abyſſos eſſe?

Devs ille Opt. Max. qui è cælo nouit figmenta, hypocriſin, venenum, quod in pectore Ieſuitæ fouent: Devs ille maximus, qui nouit conſilium perpetuum, eſſentiale, in venis ipſorum radicatum, de euertenda gloria coronæ huius atque monarchiæ: det tibi gratiam, ô Rex, vt bene ab amicis Ieſuitarum diſcernas amicos Alexandri: & exſequutionem iubendo magni illius Areſti tui, probes toti Chriſtiano orbi, te æquè tibi bene prudenterq; cauere poſſe à technis, artibus, cuniculisq; tectis tuorum hoſtium, ac fortiter magnoque animo frangere, diſſipare, & perdere copias, & vireis apertas ipſorum.

INTER-

INTERPRES PIO LECTORI.

NOn ſum neſcius , benigne & Chriſtiane Lector, in cauſa Religionis variare guſtum iudicii apud Chriſtianos , & auctorem huius orationis quædam enunciare in ea de ſuo ſenſu, quæ aliis non ſapiunt nam in narratione facti explorata retulit omnia ex publica Actorum fide. Egò in hac re mei officii putaui eſſe vt bona fide verba & mentem auctoris redderem, quod boni eſt interpretis, non autem iudicio alterius meove in ſcripto alieno reddendo vter. Expreſſi quam proximè potui quæ ab auctore ; ſcripta ſunt ſermone vernaculo, nihil diſſimulans eorum, quæ ab ipſo dicta ſunt in vtramuis partem: nam ſcriptum eſt ipſius. Iudicium neq; meum interpoſui, neque alterius: quia intereſt publici, vt eiuſmodi ſcripta quam integerrimè & fide ſincera habeantur, nec vngue interpretis, nec dente cuiuſquam temerata. Interpres, non cenſor eſſe volui: & eos qui legere volent, id ſpero comperturos. Tu vero Chriſtiane Lector, iure tuo vteris & in iudicando auctoris ſenſu, & in fide probanda interpretationis meæ. Equidem ſciens prudens non diſceſſi vel pedem vnicum a ſcripto illius; quia & Auctoris ipſius intereſſe ſum arbitratus, & tua, vt purus putus illius fons, non percolatus, manu cuiuſquam haberetur. Vale.

EXPLANATIO PARTI-cularum quarundam & Dictorum; quæ Galliarum rerum & hiſtoriarū haud admodum gnaris in præmiſſa cōſideratione ſubobſcura videri, ac perplexitatem quamdam parere poſſint.

PAg. 11. a Vniuerſitas ſeu Academia Patauina, &c.] *Cū Ieſuitæ Patauii, ſicut & alibi paſſim, publicas in ſuis Collegiis Lectiones habere, ſicq; ſtudioſam iuuentutem ad ſe pertrahere valde ſatagerent; Vniuerſitas ſeu Academia illius loci de nouatione iſtâ apud Magiſtratum Venetum, Anno* 1591. *admodū conqueſta fuit, & per delegatum ſuum Cæſarem Cremoninum hæc talia proponi ipſi curauit: Quod nimirū Ieſuitæ priuatâ quadam auctoritate contra Academiæ iſtiuſce Leges ac conſuetudinem antiquā & approbatam peculiare quodpiam Collegium ſeu Anticollegium potius occultò, ſub Pontificiarum quarundam à Superioribus in Republ. Venetâ, tamquam Magiſtratu ſuo legitimo, nondum adprobatarum ſeu confirmatarum Bullarū prætextu introduxerint: vnde cōtētiones inter Studioſos perquam multæ & variæ exſiſterent; con-non [illegible]errima tantum Academia deſ[illegible] haud ferendus ſed ipſis etiam Ieſuitarum diſcipulis illis putatiuis ab ineptis ipſis Præceptoribus maius detrimentum, quam emolumentum accederet. Rogare itaq; ſe, vt Anticollegium i-*

ſtud

ſtud temerariè necnon clandeſtinè contra Leges inſtitutũ abrogetur. Ad quod Magiſtratus ille eiuſdem Anni 1591. die Decem. 23. reſcripſit & decreuit ita. Intentione noſtra é che non poſſino leggere ſe non tra eſſi modeſimi, à beneficio de ſuoi proprii, & non d'altri ſenza contrauenire in alcuna maniera alli ſtatuti & priuilegi dello ſtudio noſtro di Padoua. *Hoc eſt; Noſtra hæc eſt ſententia ac volentas, vt Lectiones niſi inter ſeſe & apud adſeclas ſiue ſocios ſuos habeant omnino nullas; vtq; ſtatutis ac priuilegiis Academiæ noſtræ Patauinæ neutiquam aduerſentur.*

*Pag.*12.[b]. Quartus, &c.] *Is procul dubio Clariſſimus eſt Adr. ille Turnebus; cuius filii etiamnũ viuunt, vt & ipſa ſcripta; quæ apud eruditos omnes in magnâ ſunt æſtimatione. Priores autem tres illi ſunt fortaſſe,* Ioſephus Scaliger, Ioan. Paſſeratius, & Iſaacus Caſaubonus.

Pag 17.[c]. obtinebant perplur. &c.] *Concluſio illa generalis, cuius hîc quidẽ fit mentio, ſecundũ Iuridicam diſquiſitionem Prætoris, Coſulũ, ac populi Pariſienſis à Sorbona hiſce verbis compreheŋſa & expreſſa fuit: Primum quod populus huius Regni ſolutus eſt & liberatus a Sacramento fidelitatis & obedientiæ prædicto Regi Henrico præſtito. Deinde quod idem populus licite & tuta cõſcientia armari, vniri & pecunias colligere & contribuere poteſt ad defenſionem & conſeruatione Religionis Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ, aduerſus nefaria cõſilia & conatus prædicti Regis, & quorumlibet illi adha-*

rentium, &c. Concluſum 7. Ianuarii. 1589.

Pag. 24.[d] Auricularis Confeſſionis, &c.
*Ieſuitarum illa Confeſſiones audiendi & abſol-
uendi poteſtas multò certè maior eſt, quam Mo-
nachorum reliquorum omnium, aut Paſtor
etiam Ordinariorum: idque vi ac virtute Bul-
læ Paulli III. Anno 1545. ipſis conceſſæ; q
poteſtatem & vbique locorum pro lubitu co
cionandi & Confeſſionariorum munus exped
endi ſunt adepti: prout ſequentia ſatis euiden-
ter oſtendunt: Nec non illis ex vobis, qui Pre-
byteri fuerint, quorumcunque vtriuſque ſexu
fidelium ad vos vndecumque accedentium
Confeſſiones audiendi, & confeſſionibus eorum
diligenter auditis, ipſos & eorum ſingulos ab o-
mnibus & ſingulis eorum peccatis, criminibus,
excessibus & delictis, quantumcunque graui-
bus & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſer-
uatis, & a quibusuis ex iis caſibus reſultanti
ſententiis, cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis (ex-
ceptis contentis in Bullâ, quæ in die Cœnæ Do-
minicæ ſolita eſt legi) ac eis pro commiſſis pœni-
tentiam ſalutarem iniungendis. Iſthac pote-
ſtate ad concitationem Ligæ ſeu Conſpirationis
illius Gallicanæ, quum præſertim ea Anno
1585. validè emergeret, ità ſunt vſi; nullum vt
abſolutione dignarentur, qui ad propoſita eate-
nus Interrogatoria ſe fidelem Regis ſubditum
ac miniſtrum obſequentem eſſe profiteri fuiſſ
auſus. Interea verò numerus eorum, qui confi-
tebantur ipſis, adeò creſcebat & adaugebatur,*

vt

vt paulo poſt, Anno videlicet 1587. *in annuis illis Romæ impreſſis Epiſtolis ad generalem ſuum Aquavinam de Collegio Pariſienſi ſuo ſcribere non ſint veriti:* Confeſſiones auditæ, & quidem vniuerſę vitę, quam plurimæ. Hæc eſt enim communis ferè omnium opinio, tũ denique eorum ſatisfieri Conſcientiæ, quum apud nos confitentur: ideóque nonnullus ſexaginta milliarium confecit viam, vt à noſtris audiretur. *Et rurſus, Anno* 1589. Totius vitę confeſſiones auditæ trecentæ. *Quicumque enim iuramenta Regi præſtita & debita exinde obſequia ſepoſuerant, eoque perfidioſi fuerant facti, & quos à peccatulis (vti loquuntur) iſtis Paſtores ac ſacerdotes alii non ita leuiter aut temerè volebant abſoluere: ſi Ieſuitis erant vſquequaq; acceptiſſimi; & indulgentiſſimam non tantum abſolutionem, ſed & ampliſſimam promiſſionem æternæ retributionis inde conſequebantur, modo in rebellione iſtâ ſua fortiter perſiſterent gnauiterque pergerent. Vnde paſſim in abſolutionibus modum hunc obſeruarunt talem; vt nimirum ad inſerta Breuiariis ſuis Euangelia iurare tenerentur omnes; quod neque tum temporis regnantem adhuc Regem, nec, ſi fortè ſic caderet, eius ſucceſſorem Nauarreum pro legitimo vellent agnoſcere Domino. Id quod à multis, appendicem eam haud admittentibus, eoque ſine abſolutione dimiſſis, cõſtanter adfirmatum poſtea & conteſtatum fuit. Ceteroquin æſtimare facilè licet, efficaciſſimã,*

quamtumuis occultam ſubfuiſſe cauſam, quà Liga ſeu conſpiratio illa ab exiguis ſanè primordiis tã exiguo temporis ſpacio ad tamtum faſtigium euecta, tamtusque non perſonarum ſolummodo, ſed vrbium quoque, necnon Prouinciarũ integrarum aduerſus regnãtem tum, ſed & reſidentem inibidem Regem numerus concitatus ac conſpiratione facta exarmatus fuit.

*Pag.*31.[c] ,Perſecutionem appellant, &c.] *De inaudita hac perſecutione* vide *infra notationem ad literam*[k]. *Summa eius eſt; quod ad efflagitationem ſuam nec matriculæ Vniuerſitatis inſeri, nec Libertatis eiuſdem participes fieri potuere.*

*Pag.*33.[f]. Guilielmus Parri, &c.] *Guilielmus Parrius IC. tenuiori quidẽ loco ſeu fortuna natus, ſed ingenio tamen exquiſito præditus, eòque non parum arrogans & elatus; poſtquam domi, in Anglia nimirum, quæ ipſi fuit patria, non adeo probè rem curaſſet familiarem, quin omnia potius ſua, ſed & coniugis ſuæ bona fœde dilapidaſſet, prætereaque nobilem quendam in ipſiusmet habitaculo perimere cõatus fuiſſet; in Galliam Anno* 1582. *& deinceps in Italiam profectus eſt. Venetiis igitur exſiſtens, notitiam ac familiaritatem haud vulgarem contraxit cum Jeſuita Patre* Benedicto Palmio; *cuius etiam ſuaſu & auctoritate Reginam Angliæ, Principem illam Patriæ ſuæ legitimam, è medio*

dio tollere, & huic vti ſuccederet Scotiæ Reginæ, viam ita ſternere ſibi propoſuit: quo in propoſito à Ieſuitis Lugdunenſibus, quum iſthac tranſiret, adprimè confirmatus fuit. Pariſiis demum inter Anglos iſtos è patria fugitiuos Nobiles offendit quemdã nomine Thomam Merganum, qui pollicebatur ipſi præterea, ſe ſtatim, vbi propoſitum iſtud in Anglia ſuum ille produxiſſet in effectum, eſſe curaturum, vt ex Scotiâ copiæ mitterentur eô non exiguæ, quibus regnum iſtud Reginæ Scoticæ adſereretur. Etſi vero Anglicani quidam ſacrificuli, nominatim autem Watelius quiſpiam, iſtud propoſitum haudquaquã adprobarunt; quinimmo publicè tamtum non refutarunt ac damnarunt: confirmauit tamen in eò ipſum ac corroborauit inibidem (Pariſiis nimirum) Ieſuita Pater Hannibal Codretto; cui animi ſui ſenſum ac propoſitum in confeſſione prius aperuerat: eumque deinceps ad Communionem vna cum aliis, ſecundum iſtorum morem ac conſuetudinem vſurpandam adhortatus fuit, & inſtanter ipſi perſuaſit, iſtum Watelium, & quicumq; tamdem à propoſito tam pio vellent eum auertere, peruerſos eſſe hæreticos. Ita demum in Angliam præmemoratus ille Parrius, & ad ipſam quidem Reginam in Februario Anni 1583. ſe contulit; eique de variis non minus calidis quam callidis, eoque valde periculoſis transfugarum ex Anglia aduerſus Regiam ipſius Maieſtatẽ conſiliis multa memorauit, & quod

ipſemet eorum ſe tantum non participem reddiderit, oſtendit; quod tamen alium in finem factum haudquaquam fuerit, quam vt eò certius indicium Maieſtati Regiæ de iis præbere, ſicque ipſam fideliter præmonere poſſet. Quia verò partim erant vera iſta indicia, partim etiam ipſi Reginæ non prorſus ignota; factum eſt, vt in reliquis ipſi plus quoque fidei tribueret, ſicque in aula ſecum eum detineret, & ad Secretiorum tractationem ſeu communicationem interdum admitteret. Quo factum porro, vt in venatione quadam damarum apud Reginam ille ſolus aliquando verſaretur in ſilua; quum à miniſtris ſuis ſemota longius, ſub arbore nonnihil reſpiratura, deſcendiſſet ab equo: vbi bis eum inceſſit libido perimendi ipſam; à quo tamen nefario ſcelere tum fiduciæ erga ſe Regiæ tam inſignis conſideratione retractus fuit. Verum alio poſt tempore, quum iuxta Reginã in horto Regiæ arcis Widthaliæ Londini ad Thameſim idem à cena obambularet, & de nauicula ad fugam perpetrato facinore capeſſendam adcommodâ ſibi iam proſpexiſſet, atque veſpertinas ſolummodo tenebras aliquamtum profundiores exſpectaturus eſſet, præter exſpectationem ei⁹ euenit, vt regina maturius in Palatium ac conclaue ſuum inde ſe reciperet, eo quod ſequenti die venam incidendã eſſet curatura; cuius etiam gratia Parrium *ipſũ gratioſè admodũ & adridenti ſimilis tum fuit adfata, dixitque;* Tamtum ſanguinis ſibi non

iri

iridemtum aut minutum, quantũ multi forſã exoptarent. *Poſtquam igitur & hac ipſi fuit elapſa occaſio; putauit tamdem auxilio ſibi ad exequẽdũ ſuum propoſitum opus eſſe nonnullo: ideóq; rem omnem Nobili cuidam* Edmũdo Neuilſio, *quem ex multis vltro citroq; habitis ac collatis ſermonibus & circumſtantiis, item aliis ab ea non alienum eſſe perſuaſum habebat, aperuit ac concredidit; & eidem porrò oſtendit, qua ratione tum cædem illam perpetrare, tũ verò nauiculæ beneficio fugâ dilabi & ſic ambo ſemet vſquequaq; ſaluare & ab omni denique periculo liberare poſſent. Is autem etiãſi variè cogitationibus aliquamdiu fluctuarit ac diſtractus hinc inde fuerit, tã horrendã tamẽ ac deteſtandã immanitatẽ animo ſuo perſuadere neutiquã potuit; quin vniuerſã potius iſthãc rationem Reginæ tandem exhibere, ſicq; de periculo ipſam præmonere conſtituit: id quod in Februario demũ Anni 1584. cordatè præſtitit: vnde conſequuta fuit amborum captiuitas; in qua commemorata iam omnia ſunt deniq; faſſi. In prima nec dũ violẽta cauſſæ cognitione* Parrius *nullius planè conſpirationis aduerſus Reginã factæ ſe cõſciũ volebat agnoſcere; id quod ipſi vel maximè poſtea nocuit, ac tamtum non collũ fregit. Sic enim* Walſingamus *Secretarius multis poſtea retulit; modò Parrius dixiſſet, cõſpirationẽ quãdã à Neuilſio motã & agitatã fuiſſe, qui cum iuxta ſtipulationem coram Regina ſuam exinde rei penitius explorandæ gratia contule-*

vt proximum apud Regem obtinerent locum, reformatam Religionem amplexi fuiſſent, eamque publicè profiteri cœpiſſent. Vnde Guiſiani quidem iſtos vſquequaque premendi & tantũ non obprimendi, tũ non Catholicæ ſolum Romanæ Eccleſiæ adſeclas in Gallia, ſed & Regem ipsũ adeoq; Pontificẽ vna cum Hiſpaniarũ Rege ſibi deuinciendi; eoque futuræ poteſtatis ſuæ ſtructurã cũ extremo penè ſuorũ Aduerſariorum interitu magis magiſq; tum fundandi ſolidè, tum admodum quoque dilatandi ſplendidã arripuerunt occaſionem. Quem etiam in finem ſuam iam antea Genealogiam per Archidiaconũ quemdam Tubenſem (Toub) *confici typiſque publicè diuulgari curarunt: auctoritate cuius hominũ animis paulatim occupatis perſuadere conati ſunt, à familia & ſtirpe* Caroli Magni *ſe oriundos eſſe; nec iniquum eo fore, ſi Frãciæ Regnum, ab* Hugone Capeto *Maioribus olim ſuis iniuſta vi ademtum eiusque poſteris ita retentum, poſtliminio quaſi iam denuo reciperent. Vt paulo quidẽ poſt apud aduocatum quendam Parlamenti Pariſienſis, Dauid adpellatum, poſtquam is vnà cum eiuſdem Ciuitatis Epiſcopo Romanum confeciſſet iter, eiuſmodi ſunt reperta literæ, ex quib⁹ abũde patuit, eiusce gratia quid iam tum Romæ in Conſiſtorio agitatum & tractatum, adeoque concluſum fuiſſet: nimirũ ad exſtirpationem Hæreticorũ in Gallia neceſſariũ omnino eſſe, vt Capeti ſucceſſores tãquã min⁹ idonei remoueãtur; Poſteri*

autem

autē Caroli *illius* Magni *Regiæ dignitati reſti-tuantur: quib. adiuncta fuit etiã delineatio ſeu deſignatio mediorum eatenus adcommodè ad-hibendorum; prout ea poſtmodum vſurpata & à Ligiſtis coniuratis in praxin etiam publicam deducta fuiſſe conſtat. Etſi verò conſultationes & inſtructiones iſtæ Regi nõ ſolum innotuerint, ſed & Anno 1576. publicè typis editæ fuerint; pro figmentis tamen Hugonotarum potius, quã pro narratis veris tum fuerunt habitæ: Nauarræus autem & Condæus nec non alii Religionis eiuſdem ſocii pro ſeditioſis & aduerſariis tam Regis quam ipſius quoque Regni, quod adfectent vtique, & turbarum ac calamitatum in Gallia ſic omnium auctores exſiſtant, iudicati ſunt: vt è contra Guiſiani fideliſſimi Regis miniſtri ac ſeruitores, adeoque fulcra quaſi ac propugnacula Religionis ſimul ac Reipubl. conſtanter habiti fuêre: donec tamdem ipſe Rex* Henricus III. *maximo cum damno, ſed & interitu ſuo toti Mundo patefecit, quod nam vtriuſq; partis inſtitutum fuerit ac conſilium; & vter ex illis amicus fuerit aut hoſtis, defenſor aut oppreſſor Regis & iſtius Regni vniuerſi.* Liga *verò ſeu Ligiſtarum illa coniuratio tum aduerſus Regem præmemoratum cœpit, quum Anno 1577. poſtremam cũ Hugonotis ſeu Reformatis pacem iniiſſet; exindeq; res quà bellicas quà politicas & ad regimen adprobũ ſpectanteis alias ferè nihil curaret: ſed quieti ſe dederet, helluationi ſaltationibusque indulgeret, ac ſubditos interim crebris, adeoq; continuis exactio-*

nibus emungeret. Iſthac enim eius ſocordia non alienā præbuit occaſionem apud vniuerſum populū in contemtū & odiū eū adducendi, maximéq; concitandi eos, qui ex præpoſtero quodā Catholicæ Religionis Zelo metuebant, ne, ſi quando forſan absq; prole Rex ille Henricus III. *decederet, ipſi* Nauarræus *diuerſæ Religionis & à Pōtifice excōmunicatus Rex in iſto cū primis tranquillo rerū ſtatu ſuccederet. Quapropter vt iſti malo præueniretur, de Liga ſeu conſpiratione quadam tractari clandeſtinè cœptum fuit; cui⁹ beneficio Romana quidē cōſeruari, diuerſa autē ab eâ Religio funditus exſtirpari, tū exactiones etiā ac tributa nimia cum grauaminib. aliis vſquequaq; tolli vel mitigari ſaltē, & in contemtus diuini numinis atq; tyrānidis locū pietas ac iuſtitia denuò ſubrogari poſſit. Primus qui negocio huic ſe facilē præbuit, ciuis quidā Pariſiēſis fuit, nomine* Rochus Blondus, *inſignis æmulator aut æſtimator tū Miſſæ tū Guiſiæ quoq; familiæ. Is ergò cum choragis præterea trib. aliis* Ioanne *videl.* Prænoſto *Paſtore ad S. Seuerinum*, Iohanne Balchero *Paſtore ad S. Bened.* & Matthæo Lanoyo *Canonico Soſſontino* (Soiſſons) *quib. initiò ſtatim adeoq; ante alios omneîs ſuū propoſuerat conſiliū, & de eo quotidiè cum ipſis cōtulerat ac multa præterea cōſultârat, ita prudenter, ita conſideratè ac cautè rē adgreſſi ſunt, atq; ſuffragio concreditorū quorūdam & adprimè correſpondentium amicorum, tā intra quā extra Pariſiorum Lutetiā, in vniuerſo Galliæ*

regno

*regno ac præcipuis eius ciuitatib. ſub iurato ca-
pite ſeu Duce Guiſio aliiſq; Lothar. familiæ
Principib. tam tã adſeclarũ & adhærẽtiũ turbã
nacti fuerunt; vt ſceptra tũ tenens Rex* Hen. 3.
manifeſtâ vi prius adobrutus & ex arce Regiâ
Louure *ipſâq; Metropoli Lutetiæ exturbatus
fuerit, quã callidorũ iſtorum cõſiliorũ ac conſpi-
rationis certã aliquã cognitionẽ habuerit; vtut
Pariſiis ſemper præſto fuerit, & de Ligâ ſeu con-
fœderatione iſta tali muſſitationes nõnullas per-
ceperit. At. n. eius ſocordia, tũ verò confœdera-
torum induſtria, iuxta cõtemtũ ac odium illud
populare, quod in Concionib. ſuis Sacrificuli, cũ-
primis autẽ Ieſuitæ aduerſus ipſum mirè excita-
bant, ita inualeſcebant, vt ſupradicti Ligæ 4.
auctores vna cum aliis paullatim iis accedentib.
in propoſito ſuo per quã exigua obſtacula, viciſ-
ſim autẽ vndiquaq; promotiones & adminicula
ſanequã efficacia ſenſerint. Ad promotionẽ autẽ
iſtius validiorem ex ſedecim Tribub. vrbis Pa-
riſiorũ certus ciuium numerus eo deputabatur,
quò in vnaquâq; Tribuũ iſtarũ quæcũq; tamdẽ
fierent, exactè tũ obſeruarent, tum cõſiderarent
vlteriꝰ, & probè demũ ordinarent ac diſponerẽt.
Iſtos ergò taleis* Sedecimviros *adpellarũt, aut
reſpectu iã memoratarũ ſedecim Tribuũ, in quas
omnis Pariſiorũ ciuitas eſt diſtributa; aut quod
ex iis omnib. Sedecim fortè fuerint omniũ im-
portuniſſimi, adeò vt præcipua negocia iuxta po-
teſtatẽ ac directoriũ ſibimet accerſiuerint. Vtut
autem ſit, vniuerſus equidẽ populus Pariſiẽſis in
ſua corã Legato Põtific. Caietano ꝓpoſitione Se-*

decim iſtos, vt præſides ac tribunos plebis, nominatim allegauit; vtpote, La Bruiere, Cruce, Buſſi le Clere, Commiſſarium Louſchard, La Morliere, Senault, Commiſſarium Barot, Aduocatum Drouard, Aluequin, Emonnot, Iablier, Meſſier, Capitaneum Paſſart, Oudineau, Anroux & Morin: *Loco tamen iſtius* Anroux *aliqui* Tellierum *& pro Senaultio* Amelinum *ponunt; quamuis diſcrimen inter eos nec adeò magnum adpareat. Quamta verò fuerit Archiligiſtarum iſtorum auctoritas ſimulatq; poteſtas, exindè liquet inter alia; quod ſtatim poſt Regis è Lutetiâ fugam, quæ facta eſt* 12. *Maii die Anni* 1588. *vnà cum capite ſuo Duce Guiſio rem eò deduxerunt; vt Pariſienſi ciuitati, per vota liberamque plebis electionem, noui darentur Officiarii, & omnes à Regis ſtare partibus habiti dimitterentur. Iſti cum Guiſio ſæpè iam memorato, necnon officiariis illis nouis, quotidie conſultabant de communi ſtatu & omnibus S. Ligæ neceſſariis: iſti ſoli Pariſienſem ciuitatem poſt Guiſiocidium illud famoſum, quod eiuſdem anni die* 23. *Decembris Blæſiis perpetratum eſt, aduerſus Regem obfirmârunt, & in rebellione ſuâ conſeruârunt, tum Aumalium quoque Ducem, in abſentiâ Maynii, Gubernatorem conſtituerunt: Iſti conſilium illud magnum ſeu Parlamentum etiam integrum Anno* 1589. *Ianuarii d.* 16. *è conſeſſu pleno ſuſtulerunt, & per plateas publicas in Arcis propugnaculum captiuum abduxerunt:*

runt: iſti deniq; non adquieuerunt prius, quam ad inſtantem improbamq; ſollicitationem ſuam generalis omnium Ligiſtarum Conuentus, ſub nomine Comitiorum, inſtitueretur, haberetur, & de noui Regis electione in eo tractaretur. Interea verò de pace aut induciis cum Rege vllis ne audire quidem ſuſtinuerunt; quin egregiam potius de futuro feliciſſimo ſtatu, & de auxilio cumprimis Hiſpanico, ſpem populo fecerunt: vt & inter alia literas (quarum hîc fit mentio) Regi Hiſpaniarum per Ieſuitam quemdam Patrem Matthæum *curandas deſtinârunt; quæ tamen prope Lugdunum interceptæ, reſignatæ, atque Regi quamprimum in originali (vt loquuntur) transmiſſæ fuerunt. In iſtis die 2. Nouembr. Anno 1591. datis hæc inprimis habentur talia:* Catholicæ Veſtræ Maieſt. hoc ſanctè poſſumus adfirmare, omnium Catholicorum vota eò directa eſſe, vt Cath. V. Mai. ſceptrum huius Regni teriere nobisque dominari poſſit; quemadmodum ipſi quidem, vt Patri noſtro, nos ex animo ſubiicimus: aut ex natis vt ea ſuis ſaltem aliquem huc deſtinet. Sin autem alium fortè quempiam nobis præſtituere cogitet; de Genero ſibi proſpiciat aliquo, quem nos vtique reuerentia & obedientia debita, adeoque extrema ſubiectione, vt Regem noſtrum lubentes volentes excipiemus, &c.

Pag. 38. h. Odo Pigenato, &c.] *An Præſes hic Ieſuiticus aquam, an verò oleum igni ad-*

diderit, haud immeritò dubitari poteſt. Alias certè naturâ fuit ita puſillanimis, vt poſtea vinculis incluſum tamquam furioſum in ergaſtulo cuſtodiri eum oportuerit.

Pag eadem [i] Præſes parlamenti, &c.] *Præſes hic eſt Clariß. ille celeberrimꝰ q; ICtus* Barnabas Briſſonius, *qui Ligæ primum ſubſcripſerat; poſtea verò re melius & adcuratius expenſa Regis partibus fauere cœpit, eaſq; fouere. Vnde tãtam* XVI. *virorum in ſe ſuſpicionem & iram concitauit; vt vna cum duob. aliis Parlamenti Coſiliariis,* Larchero *nimirũ &* Tardifio, *ſine legitima ſolemnioris iudicii formâ ac norma probroſiſſimæ hîc cõmemoratæ mortis ſupplicio ipſũ more planè barbarico adfecerint.* Briſſonio *culpa fuit hæc obiecta, quod Germanorũ militũ Capitaneos ac Duces, vt Regias ſectarentur partes, inducere conatus fuerit.* Larcherus, *quod ſub vrbis Pariſiorum obſidione proclinior ad pacem viſus, &* Tardifius, *quod Niuernia Ducis miniſter fuerit, ita vt iam dictũ, exſtincti fuerunt. Iſthæc autem tam immanis barbaries ac fœda tyrannis non vſquequaq; manſit inulta: ſiquidẽ Dux* Maynius *(quem Ligiſtæ adeóq;* XVI *viri ipſi Gubernatorem ſeu Proregem conſtituerant) Bruxellis paullò poſt Lutetiam deuenit, & iſtorũ aliquot, inprimis autẽ quatuor ex* XVI *viris, puta* le Louſchard, le Ameline, le Emonnot, & le Anroux, *ſimiliter ſuſpendi curauit; magis tamen vt Hiſpano factam delationem Regni (quod ſibi potius aut filio ſuo reſeruari volebat) in iu-*

in iis vindicaret, quam quod exſequutionem illam aduerſus Præſidem Parlamenti & eiuſdem adſeſſores duos improbaret. Quo tamen reliquorum Duodecim alæ nonnihil decurtatæ ſeu contractæ, & intolerabilis illa potentia ſimul ac inſolentia non parum debilitata ac comminuta fuit; donec ipſa demum ciuitas in Regis ſui poteſtatem redacta fuit; vbi clandeſtinè porrò diffugerunt & inconſpicui deinceps facti ſunt.

Pag. 41. [k]. Sorbonæ Decretum promulgatum, *&c.*] *Poſtquã Epiſc. olim Claremontanus* Guilielmus de Prato *Ieſuitas Lutetiam primũ exiguo quidẽ numero introduxiſſet, poſtea verò in Teſtamẽto ſuo* 60000. *Thaler. deſtinatis ac relictis ipſis admodũ locupletaſſet; aliquoties exinde ſuppliciter a Parlamẽto contenderunt, vt & in Gallia tolerarentur, & Societas ſua ſub ſpecie tam ordinis religioſi quã Collegii tamdem adprobaretur. Cum autem Procurator regius* Noë Bruſlardus *id admodum oppugnaret; Parlamentum vtique Sorbonæ ſeu Theologicæ inibidem facultatis iudiciũ de eo poſtulauit: quæ quidẽ Anno* 1554. *die* 1. *Decembr. multis in medium adductis rationib. euidentiſſimis iſtam Ieſuitarũ petitionem auerſata fuit, ſed & impugnauit ac reiecit; & Decretum deniq; ſuũ hiſce verbis concluſit:* Itaq; his omnibus atque aliis diligenter examinatis & perpenſis, hæc Societas (inſolitã nominis IESV adpellationẽ ſibi vendicans) videtur in negocio fidei periculoſa, pacis Eccleſiæ pturbatiua, Monaſticæ

ipſemet eorum ſe tantum non participem reddiderit, oſtendit; quod tamen alium in finem factum haudquaquam fuerit, quam vt eò certius indicium Maieſtati Regiæ de iis præbere, ſicque ipſam fideliter præmonere poſſet. Quia verò partim erant vera iſta indicia, partim etiam ipſi Reginæ non prorſus ignota; factum eſt, vt in reliquis ipſi plus quoque fidei tribueret, ſicque in aula ſecum eum detineret, & ad Secretiorum tractationem ſeu communicationem interdum admitteret. Quo factum porro, vt in venatione quadam damarum apud Reginam ille ſolus aliquando verſaretur in ſilua; quum à miniſtris ſuis ſemota longius, ſub arbore nonnihil reſpiratura, deſcendiſſet ab equo: vbi bis eum inceſſit libido perimendi ipſam; à quo tamen nefario ſcelere tum fiduciæ erga ſe Regiæ tam inſignis conſideratione retractus fuit. Verum alio poſt tempore, quum iuxta Reginā in horto Regiæ arcis Widthaliæ Londini ad Thameſim idem à cæna obambularet, & de nauicula ad fugam perpetrato facinore capeſſendam adcommodâ ſibi iam proſpexiſſet, atque veſpertinas ſolummodo tenebras aliquamtum profundiores exſpectaturus eſſet, præter exſpectationem ei⁹ euenit, vt regina maturius in Palatium ac conclaue ſuum inde ſe reciperet, eo quod ſequenti die venam incidendā eſſet curatura; cuius etiam gratia Parrium *ipſū gratiosè admodū & adridenti ſimilis tum fuit adfata, dixitque;* Tamtum ſanguinis ſibi non

iri

iridemtum aut minutum, quantũ multi forſã exoptarent. *Poſtquam igitur & hac ipſi fuit elapſa occaſio; putauit tamdem auxilio ſibi ad exequẽdum ſuum propoſitum opus eſſe nonnullo: ideóque rem omnem Nobili cuidam* Edmũdo Neuilſio, *quem ex multis vltro citroq; habitis ac collatis ſermonibus & circumſtantiis, item aliis ab ea non alienum eſſe perſuaſum habebat, aperuit ac concredidit; & eidem porrò oſtendit, qua ratione tum cædem illam perpetrare, tũ verò nauiculæ beneficio fugâ dilabi & ſic ambo ſemet vſquequaq; ſaluare & ab omni denique periculo liberare poſſent. Is autem etiãſi variè cogitationibus aliquamdiu fluctuarit ac diſtractus hinc inde fuerit, tã horrendã tamẽ ac deteſtandã immanitatẽ animo ſuo perſuadere neutiquã potuit; quin vniuersã potius iſthãc rationem Reginæ tandem exhibere, ſicq; de periculo ipſam præmonere conſtituit: id quod in Februario demũ Anni 1584. cordatè præſtitit: vnde conſequuta fuit amborum captiuitas; in qua commemorata iam omnia ſunt deniq; faſſi. In prima nec dũ violẽta cauſſæ cognitione* Parrius *nullius planè conſpirationis aduerſus Reginã factæ ſe cõſciũ volebat agnoſcere; id quod ipſi vel maximè poſtea nocuit, ac tamtum non collũ fregit. Sic enim* Walſingamus *Secretarius multis poſtea retulit; modò Parrius dixiſſet, cõſpirationẽ quãdã à Neuilſio motã & agitatã fuiſſe, qui cum iuxta ſtipulationem coram Regina ſuam exinde rei penitius explorandæ gratia contule-*

rit; illico tum pro inſonti, ſed & fideli Regiæ ſalutis procuratore habit⁹ ac libere nec nõ gratioſe dimiſſus fuiſſet. At enim intempeſtiua eius negatio, tũ ſpontanea viciſſim confeſſio, iuxta firmã illam ac vadidam Neuilſii conteſtatione, & penes ipsũmet reperta ſcripta & indicia multiuaria effecerunt; vt in publico damnatus iudicio, primum quidem ſuſpenſus, deinde vero ſtatim à laqueo præſecatus, & diſſectus, adeóque exenteratus fuerit; quo nimirum inteſtina eius ipſomet adhuc viuente vidẽteq; concremarentur: quæ tamdem omnia decollatio fuit inſequuta; & corporis denique diſſocatio, & in quatuor parteis diſtractio. Exequutio autem ea eſt facta d. 2. Maii, Anno 1584. ad quam ſe tunica talari ex holoſerico Damaſceno confecta indutus, & ſegmentato, necnon amylato exindeque admodum extenſo & erecto focali, pro tẽporis iſtiuſce veſtiendi ratione, exornatus ita compoſuerat, ac ſi rectâ vellet ad nuptias pergere: ſicut & à carnifice poſtulare non eſt veritus, vt in diffibulatione ſeu reſtrictione veſtium iſtiuſce focalis rationem habere vellet; ne forſan attritum aut conquaſſatum aliquà peſſumdaretur.

Pagina 58. E. Sedecimviri, &c.] *Quum de Sedecimuiris hiſce, velut & de vniuerſâ Ligâ ſeu conſpiratione Gallica multa hinc inde voce ſtyloque ſpargantur; nec quilibet tamen eorum vtrorumuis exactã rationem teneat; operæ ſane pretium fuerit, ad huius loci, ſed & vniuerſ[æ]*

tra-

tractatus elucidationem, ſi de iſtis heic aliquid adiiciatur. Poſtquã itaq; Lotharingica Guiſi-orũ *familia in Gallia ſub* Franciſco I. Henrico II. *& huiuſce liberis Galliarũ Regibus alacriter & admodum ſtrenuè ſe geſſiſſet, & egregiis aliquot facinoribus exhibitis (in quibus utiq; Metenſis urbis aduerſus Imperatorem Carolũ V. propugnatio ac conſeruatio, tum expugnatum & Anglis ereptum Caletum inprimis eminent) Francis ſuam fortitudinẽ ac fidelitatẽ probaſſet, eoq; magnã apud omneis auctoritatẽ & exiſtimationem adſequuta fuiſſet; non exiguam inde ſpem adipiſcendi tamdem ipſius Regni, & regno tum potientem Valeſiorum familiam exinde deturbandi concepit. Quæ ſpes haud parum aucta tum fuit, quum Franciſcus II. Mariam Stuardam Scotiæ Reginam matrimonio ſibi iungeret: cuius equidem cognati proximiores & auunculi,* Claudius *ille* Dux Guiſius & Carolus Lotharingiæ Cardinalis, *omnib. etiã Regii ſanguinis Principib. ante poſiti, ſupremaq; regni munera adepti, ſummũ omnino ac eminentiſſimũ apud Regẽ illum iuniorem, adfinitatis iſtiuſce gratiâ, locum obtinuerunt; & uniuerſũ ita regnũ, ſub prætextu nominis regii, pro lubitu, ſine cuiusquã etiam renſu, abſolutè tamtum non adminiſtrarunt. Inprimis autẽ ipſis admodũ profuit, quod præcipua tũ Regiæ dom⁹ capita, videlicet Rex Nauarræus & Condæ⁹ Princeps, quorũ alioquin ex recepta Maiorũ cõſuetudine munus hoc fuiſſet,*

vt proximum apud Regem obtinerent locum, reformatam Religionem amplexi fuiſſent, eamque publicè profiteri cœpiſſent. Vnde Guiſiani quidem iſtos vſquequaque premendi & tantũ non obprimendi, tũ non Catholicæ ſolum Romanæ Eccleſiæ adſeclas in Gallia, ſed & Regem ipsũ adeoq; Pontificẽ vnà cum Hiſpaniarũ Rege ſibi deuinciendi; Eoque futuræ poteſtatis ſuæ ſtructurã cũ extremo penè ſuorũ Aduerſariorum interitu magis magiſq; tum fundandi ſolidè, tum admodum quoque dilatandi ſplendidã arripuerunt occaſionem. Quem etiam in finem ſuam iam antea Genealogiam per Archidiaconũ quemdam Tubenſem (Toub) *confici typiſque publicè diuulgari curarunt: auctoritate cuius hominũ animis paulatim occupatis perſuadere conati ſunt, à familia & ſtirpe* Caroli Magni *ſe oriundos eſſe; nec iniquum eo fore, ſi Frãciæ Regnum, ab* Hugone Capeto *Maioribus olim ſuis iniuſta vi ademtum eiusque poſteris ita retentum, poſtliminio quaſi iam denuo reciperent. Vt paulo quidẽ poſt apud aduocatum quendam Parlamenti Pariſienſis, Dauid adpellatum, poſtquam is vnà cum eiuſdem Ciuitatis Epiſcopo Romanum confeciſſet iter, eiuſmodi ſunt repertæ literæ, ex quib⁹ abũde patuit, eiusce gratia quid iam tum Romæ in Conſiſtorio agitatum & tractatum, adeoque concluſum fuiſſet: nimirũ ad exſtirpationem Hæreticorũ in Gallia neceſſariũ omnino eſſe, vt Capeti ſucceſſores tãquã min⁹ idonei remoueãtur; Poſteri*

autem

autē Caroli *illius* Magni *Regiæ dignitati reſtituantur: quib. adiuncta fuit etiā delineatio ſeu deſignatio mediorum eatenus adcommodè adhibendorum; prout ea poſtmodum vſurpata & à Ligiſtis coniuratis in praxin etiam publicam deducta fuiſſe conſtat. Etſi verò conſultationes & inſtructiones iſtæ Regi nō ſolum innotuerint, ſed & Anno 1576. publicè typis editæ fuerint; pro figmentis tamen Hugonotarum potius, quā pro narratis veris tum fuerunt habitæ: Nauarræus autem & Condæus nec non alii Religionis eiuſdem ſocii pro ſeditioſis & aduerſariis tam Regis quam ipſius quoque Regni, quod adfectent vtique, & turbarum ac calamitatum in Gallia ſic omnium auctores exſiſtant, indicati ſunt: vt è contrà Guiſiani fideliſſimi Regis miniſtri ac ſeruitores, adeoque fulcra quaſi ac propugnacula Religionis ſimul ac Reipubl. conſtanter habiti fuêre: donec tamdem ipſe Rex* Henricus III. *maximo cum damno, ſed & interitu ſuo toti Mundo patefecit, quod nam vtriuſq; partis inſtitutum fuerit ac conſilium; & vter ex illis amicus fuerit aut hoſtis, defenſor aut oppreſſor Regis & iſtius Regni vniuerſi.* Liga *verò ſeu Ligiſtarum illa coniuratio tum aduerſus Regem præmemoratum cœpit, quum Anno 1577. poſtremam cū Hugonotis ſeu Reformatis pacem iniiſſet; exindeq; res quà bellicas quà politicas & ad regimen adprobū ſpectanteis alias ferè nihil curaret: ſed quieti ſe dederet, helluationi ſaltationibusque indulgeret, ac ſubditos interim crebris, adeoq; continuis exactio-*

nibus emungeret. Iſthæc enim eius ſocordia non alienã præbuit occaſionem apud vniuerſum populũ in contemtũ & odiũ eũ adducendi, maximéq; concitandi eos, qui ex præpoſtero quodã Catholicæ Religionis Zelo metuebant, ne, ſi quando forſan abſq; prole Rex ille Henricus III. *decederet, ipſi* Nauarræus *diuerſæ Religionis & à Põtifice excõmunicatus Rex in iſto cũ primis tranquillo rerũ ſtatu ſuccederet. Quapropter vt iſti malo præueniretur, de Liga ſeu conſpiratione quadam tractari clandeſtinè cœptum fuit; cuiꝰ beneficio Romana quidẽ cõſeruari, diuerſa autẽ ab eâ Religio funditus exſtirpari, tũ exactiones etiã ac tributa nimia cum grauaminib. aliis vſquequaq; tolli vel mutigari ſaltẽ, & in contemtus diuini numinis atq; tyrãnidis locũ pietas ac iuſtitia denuò ſubrogari poſſit. Primus qui negocio huic ſe facilẽ præbuit, ciuis quidã Pariſiẽſis fuit, nomine* Rochus Blondus, *inſignis æmulator aut æſtimator tũ Miſſæ tũ Guiſiæ quoq; familiæ. Is ergò cum choragis præterea trib. aliis* Ioanne *videl.* Præuoſto *Paſtore ad S. Seuerinum*, Iohanne Balchero *Paſtore ad S. Bened.* & Matthæo Lanoyo *Canonico Soſſontino (* Soiſſons *) quib. initiò ſtatim adeoq; ante alios omneîs ſuũ propoſuerat conſiliũ, & de eo quotidiè cum ipſis cõtulerat ac multa prætereà cõſultârat, ita prudenter, ita conſideratè ac cautè rẽ adgreſſi ſunt, atq; ſuffragio concreditorũ quorũdam & adprimè correſpondentium amicorum, tã intra quã extra Pariſiorum Lutetiã, in vniuerſo Galliæ*

regno

regno ac præcipuis eius ciuitatib.ſub iurato capite ſeu Duce Guiſio aliisq; Lothar. familiæ Principib.tam ĩ ã adſeclarũ & adhærẽtiũ turbã nacti fuerunt;vt ſceptra tũ tenens Rex Hen. 3. *manifeſtâ vi prius adobrutus & ex arce Regiã* Louure *ipsâq; Metropoli Lutetia exturbatus fuerit,quãcallidorũ iſtorum cõſiliorũ ac conſpirationis certã aliquã cognitionẽ habuerit; vtut Pariſiis ſemper præſto fuerit,& de Ligâ ſeu confœderatione iſta tali muſſitationes nõnullas perceperit. At.n. eius ſocordia, tũ verò confœderatorum induſtria,iuxta cõtemtũ ac odium illud populare,quod in Concionib.ſuis Sacrificuli,cũprimis autẽ Ieſuitæ aduerſus ipſum mirè excitabant,ita inualeſcebant, vt ſupradicti Ligæ* 4. *auctores vna cum aliis paullatim iis accedentib. in propoſito ſuo per quã exigua obſtacula, viciſſim autẽ vndiquaq; promotiones & adminicula ſanequã efficacia ſenſerint. Ad promotionẽ autẽ iſtius validiorem ex ſedecim Tribub. vrbis Pariſiorũ certus ciuium numerus eo deputabatur, quò in vnaquâq; Tribuũ iſtarũ quæcũq; tamdẽ fierent,exactè tũ obſeruarent, tum cõſiderarent vlteri⁹,& probè demũ ordinarent ac diſponerẽt. Iſtos ergò taleis* Sedecimviros *adpellarũt, aut reſpectu iã memoratarũ ſedecim Tribuũ,inquas omnis Pariſiorũ ciuitas eſt diſtributa; aut quod ex iis omnib. Sedecim fortè fuerint omniũ importuniſſimi,adeò vt præcipua negocia iuxta poteſtatẽ ac directoriũ ſibimet accerſiuerint. Vtut autem ſit,vniuerſus equidẽ populus Pariſiẽſis in ſua corã Legato Põtific. Caietano ꝑpoſitione Se-*

decim iſtos, vt præſides ac tribunos plebis, nominatim allegauit; vtpote, La Bruiere, Crucé, Buſſi le Clerc, Commiſſarium Louſchard, La Morliere, Senault, Commiſſarium Barot, Aduocatum Drouard, Aluequin, Emonnot, Iablier, Meſſier, Capitaneum Paſſart, Oudineau, Anroux & Morin: *Loco tamen iſtius* Anroux *aliqui* Tellierum *& pro Senaultio* Amelinum *ponunt; quamuis diſcrimen inter eos nec adeò magnum adpareat. Quanta verò fuerit Archiligiſtarum iſtorum auctoritas ſimulatq; poteſtas, exindè liquet inter alia; quod ſtatim poſt Regis è Lutetiâ fugam, quæ facta eſt* 12. *Maii die Anni* 1588. *vnà cum capite ſuo Duce Guiſio rem eò deduxerunt; vt Pariſienſi ciuitati, per vota liberamque plebis electionem, noui darentur Officiarii, & omnes à Regis ſtare partibus habiti dimitterentur. Iſti cum Guiſio ſæpè iam memorato, necnon officiariis illis nouis, quotidie conſultabant de communi ſtatu & omnibus S. Ligæ neceſſariis: iſti ſoli Pariſienſem ciuitatem poſt Guiſiocidium illud famoſum, quod eiuſdem anni die* 23. *Decembris Blæſiis perpetratum eſt, aduerſus Regem obfirmârunt, & in rebellione ſuâ conſeruârunt, tum Aumalium quoque Ducem, in abſentiâ Maynii, Gubernatorem conſtituerunt: Iſti conſilium illud magnum ſeu Parlamentum etiam integrum Anno* 1589. *Ianuarii d.* 16. *è conſeſſu pleno ſuſtulerunt, & per plateas publicas in Arcis propugnaculum captiuum abduxerunt.*

runt: iſti deniq; non adquieuerunt prius, quam ad inſtantem improbamq; ſollicitationem ſuam generalis omnium Ligiſtarum Conuentus, ſub nomine Comitiorum, inſtitueretur, haberetur, & de noui Regis electione in eo tractaretur. Intereà verò de pace aut induciis cum Rege vllis ne audire quidem ſuſtinuerunt; quin egregiam potius de futuro feliciſſimo ſtatu, & de auxilio cumprimis Hiſpanico, ſpem populo fecerunt: vt & inter alia literas (quarum hîc fit mentio) Regi Hiſpaniarum per Ieſuitam quemdam Patrem Matthæum *curandas deſtinârunt; quæ tamen prope Lugdunum interceptæ, reſignatæ, atque Regi quamprimum in originali (vt loquuntur) tranſmiſſæ fuerunt. In iſtis die 2. Nouembr. Anno 1591. datis hæc inprimis habentur talia:* Catholicæ Veſtræ Maieſt. hoc ſanctè poſſumus adfirmare, omnium Catholicorum vota eò directa eſſe, vt Cath. V. Mai. ſceptrum huius Regni tenere nobisque dominari poſſit; quemadmodum ipſi quidem, vt Patri noſtro, nos ex animo ſubiicimus: aut ex natis vt ea ſuis ſaltem aliquem huc deſtinet. Sin autem alium fortè quempiam nobis præſtituere cogitet; de Genero ſibi proſpiciat aliquo, quem nos vtique reuerentia & obedientia debita, adeoque extrema ſubiectione, vt Regem noſtrum lubentes volentes excipiemus, &c.

Pag. 38. h. Odo Pigenato, &c.] *An Præſes hic Ieſuiticus aquam, an verò oleum igni ad-*

diderit, haud immeritò dubitari poteſt. Alias certè naturâ fuit ita puſillanimis, vt poſtea vinculis incluſum tamquam furioſum in ergaſtulo cuſtodiri eum oportuerit.

Pag eadem [i] Præſes parlamenti, &c.] *Præſes hic eſt Clariſſ. ille celeberrim⁹ q; ICtus* Barnabas Briſſonius, *qui Ligæ primum ſubſcripſerat; poſtea verò re melius & adcuratius expenſa Regis partibus fauere cœpit, eaſq; fouere. Vnde tatam* XVI. *virorum in ſe ſuſpicionem & iram concitauit; vt vnà cum duob. aliis Parlamenti Coſiliariis,* Larchero *nimirũ &* Tardiſio, *ſine legitima ſolemnioris iudicii formâ ac norma probroſiſſimæ hîc cõmemoratæ mortis ſupplicio ipſu more plane barbarico adfecerint.* Briſſonio *culpa fuit hæc obiecta, quod Germanorũ militũ Capitaneos ac Duces, vt Regias ſectarentur partes, inducere conatus fuerit.* Larcherus, *quod ſub vrbis Pariſiorum obſidione proclinior ad pacem viſus, &* Tardiſius, *quod Niuerniæ Ducis miniſter fuerit, ita vt iam dictũ, exſtincti fuerunt. Iſthæc autem tam immanis barbaries ac fœda tyrannis non vſquequaq; manſit inulta: ſiquidẽ Dux* Maynius *(quem Ligiſtæ adeóq;* XVI *viri ipſi Gubernatorem ſeu Proregem conſtituerant) Bruxellis paullò poſt Lutetiam deuenit, & iſtorũ aliquot, inprimis autẽ quatuor ex* XVI *viris, puta* le Louſchard, le Ameline, le Emonnot, & le Anroux, *ſimiliter ſuſpendi curauit; magis tamen vt Hiſpano factam delationem Regni (quod ſibi potius aut filio ſuo reſeruari volebat)*

in iis

in iis vindicaret, quam quod exſequutionem illam aduerſus Præſidem Parlamenti & eiuſdem adſeſſores duos improbaret. Quo tamen reliquorum Duodecim alæ nonnihil decurtatæ ſeu contractæ, & intolerabilis illa potentia ſimul ac inſolentia non parum debilitata ac comminuta fuit; donec ipſa demum ciuitas in Regis ſui poteſtatem redacta fuit; vbi clandeſtinè porrò diffugerunt & inconſpicui deinceps facti ſunt.

Pag. 41. [k]. Sorbonæ Decretum promulgatum, *&c.*] *Poſtquã Epiſc. olim Claremontanus* Guilielmus de Prato *Ieſuitas Lutetiam primũ exiguo quidẽ numero introduxiſſet, poſtea verò in Teſtamẽto ſuo* 60000.*Thaler. deſtinatis ac relictis ipſis admodũ locupletaſſet; aliquoties exinde ſuppliciter a Parlamẽto contenderunt, vt & in Gallia tolerarentur, & Societas ſua ſub ſpecie tam ordinis religioſi quã Collegii tamdem adprobaretur. Cum autem Procurator regius* Noë Bruſlardus *id admodum oppugnaret; Parlamentum vtique Sorbonæ ſeu Theologicæ inibidem facultatis iudiciũ de eo poſtulauit: quæ quidẽ Anno* 1554. *die* 1. *Decembr. multis in medium adductis rationib. euidentiſſimis iſtam Ieſuitarũ petitionem auerſata fuit, ſed & impugnauit ac reiecit; & Decretum deniq; ſuũ hiſce verbis concluſit:* Itaq; his omnibus atque aliis diligenter examinatis & perpenſis, hæc Societas (inſolitã nominis IESV adpellationẽ ſibi vendicans) videtur in negocio fidei periculoſa, pacis Eccleſiæ pturbatiua, Monaſticæ

religionis euerſiua, & magis ad deſtructionem quam ad ædificationem. *Ieſuitæ verò, cenſuram iſtam alibi, per Hiſpanicam videlicet inquiſitionem, exactè ſyndicari curârunt: de quo Ribadeneira lib. 4. cap. 11. ſic ſcripſit:* Porrò in Hiſpania, quod Sorbonenſe Decretum eſſet contra Sanctam Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, à qua Religio noſtra probata & confirmata eſt, fidei quæſitores illud tamquam falſum, & quod pias aureis offenderet, ſuo decreto legi prohibuerunt. *Nihilominus ea res ita ſubſtitit, donec Anno 1561. celeberrimum illud de Relligione Colloquium* Poſſiacenſe *coram Rege & ipſius Aulicis inſtitutum & habitum fuit; vbi demum congregati inibidem Prælati, nomine totius Eccleſiæ Gallicanæ, ſed inſtinctu tamen aſtutiſſimo Cardinalis Turnonii, Ieſuiticam Societatem tamquã Collegium ſolummodò quodpiam, non autem nouum Religionis inſtitutum aut Ordinem, expreſſâ inſuper hac conditione, vt ab adpellatione Ieſu & Ieſuitarum abſtinerent, & prætenſam libertatem Bullaſque Pontificias miſſas facerent, cum nonnullis eiuſmodi aliis, admiſerunt & adprobârunt: quod factũ eſt die 15. Decembr. præmemorati Anni 1561. Etſi verò Ieſuitæ nulli conditionum iſtarum inſtiterunt, multoque minus adpellationem illam arrogantiſſimam intermiſerunt; in bonis tamen ac ædibus ſeu Collegiis, ſed & Lectionibus aliiſq; expeditionibus ſuis non modo perdurarunt & ſubſtiterunt;*

ſtiterunt; ſed vlterius etiã anno ſequenti 1564. Vniuerſitati ſeu Academiæ Pariſienſi tamquam genuina membra incorporari ſe cõtederunt, & idipſum aliàs denegatum ſupplicationibus Parlamento exhibitis, per quam gnauiter vrſerunt. At enim Sorbona, iuxta Academiam vniuerſam, vna cum Clericis ſeu Paſtoribus, aliiſque pluribus iſtis ſe vehementiſſime rurſus oppoſuerunt. Veruntamen hoc negocium inextricatum, ipſi vero Ieſuitæ beneficio bullarum & priuilegiorum ſuorum interim inoffenſi remanſerunt; vſque dum ea controuerſia Anno 1594. denuo renouata & expulſione Ieſuitarum deciſa tamdem fuit.

*Pag.*52.[l] Maieſt. V. nonnihil eiuſce nouit, &c.] *Videntur hæc de proximo moderni Regis agnato, nimirum eius patruo Principe Condæo dicta eſſe; qui apud* Franciſcum *II. Regẽ conſpirationis alicuius a Guiſianis inſimulatus, iſtud omne Parlamento Pariſienſi tum committebat; à quo etiam poſt legitimam deliberationem ac librationem cauſſæ prius exploratæ, abſoluto tamdem proceſſu ordinario per Arreſtum peculiare ſeu ſententiam definitiuam 13. Iunii, Anno 156 . abſolutus & innocens omnino iudicatus fuit ita vt regreſſus etiam aduerſus eos, qui inique detuliſſent ipſum, eidem fuerit reſeruatus.*

*Pag.*54.[m] in occluſo conclaui, &c.] *Ieſuitæ poſt diutinas tergiuerſationes ac friuolas hinc inde conquiſitas excuſationes, per Aduocatum*

deniqueſuum Claudium Duretum *à Parlamento petierunt; vt cauſa ſua non, vti ſolitum alias eſſet,palam,ſed occluſis potius ianuis ſecretò audiretur & tractaretur : iſto cum prætextu; quod pro* Apologiæ *ſuæ ratione ſeu conditione,adeoque neceſſitate ipſa non poſſent aliter, quam vt multos, qui Regis miniſtri admodum fidi velint haberi, perſtringerent, eoque non parum offenderent. Quod ipſis, vtut aliud longe ſpectantibus, conceſſum tamen fuit atque permiſſum. Nihilominus autē Antagoniſtarū eorum,* Antonii *nimirum* Arnoldi, *qui Academiæ, &* Ludouici Dolleti, *qui Cleri cauſam agebat, Aduocatorum propoſitiones publice typis excuſæ prodierunt, & per vniuerſam ita Galliam paſſim innotuerunt.*

*Pag.*55.[n]. fiebat ictus, *&c.] Quem videlicet ictum* Iohannes Caſtellus *Pariſienſis, ex Ieſuitarum diſciplinâ ac ſcholâ prodiens, ætatis ſuæ anno 19. Regi in ipſiusmet arce* Louvre *& in atrio quidem ipſo regio, Principibus ac Summatibus aliis multis præſentibus, die 27. Decembr. Anno* 1594 *inflixit, eoque ſuperius labium perfodit; ſed ne quid grauius ipſi accideret, ex ſingulari Dei prouidentia dentium munimine factum fuit. Sicarius autem ille prehenſus, primum negauit, mox iterum confeſſus fuit, & pro merito ſuo punitus. Mandauerat quidem Rex initio, liber vt dimitteretur; iſtud enim ipſi ſe condonatum eſſe : poſtea*

ea

eà verò diſcipulum eum eſſe Ieſuitarum intelligens, dixit: Ergóne per meum ipſius os conuinci Ieſuitas tamdem oportet? *Nimirum, quia Ieſuitæ paulo antè in Iulio menſe conſimilis attentati parricidii gratiâ fuerant accuſati; quod a Iudicibus tamen, vt necdum ſufficienter comprobatum, ad vlteriorem diſquiſitionem erat reiectum:*

Pag. 60.°. Quod vnà Turonib. non fuerint, &c.] *Poſt ciuitates aliquot, vt Lutetia, Aurelia, Ambianum, Abbeuilla, & aliæ defeciſſent a Rege Henrico III. & Ligæ palam ſe adiunxiſſent; eas omnibus ille dignitatibus, honoribus, libertatibus ac priuilegiis priuauit & peculiari decreto d.* 23. *Martii Anno* 1589. *Parlamentum Pariſienſe Turonam tranſtulit; eóque omneis eius adſeſſores & adſeclas ſub pœna iacturæ conditionis ac officii cuiuslibet euocauit: Cui tamen pauciſſimi paruêre, pleríque verò Lutetiæ, Decreto planè ſepoſito, remãſere. Ex quo facilè colligi licet, abſentiam a Turonâ Ieſuitarum nullam ipſis indignationem apud Iudices, abſenteîs vtique & ipſos, creare potuiſſe.*

*Pag.*61.P.in Terceris, &c.] *De iſthac illaudabili & omni iudicio militari minimè congruâ exequutione, vide Hieron. Conneſtagium,* Dell' vnione di Porto Gallo, *&c. lib.* 9.

*Pag.*63.9.Vtrimq; acuto cultello, &c] *Cũ* Petr⁹ Barriere, *cõſilio & inſtinctu Patris Rectoris & aliis præterea Ieſuitæ Pariſienſis inprimis*

ſibi propoſuiſſet Regem è medio tollere, propterea que Anno 1593. *Meloduni comprehenſus & in carcerem coniectus eſſet; apud eum repertus eſt culter, prope manubrium altera ſaltem ex parte ſicuti menſales eſſe plerumque ſolent, ſic ſatis ſpiſſus; deinceps autem vtrimq; acutus, & ad extremum rotundiori ad ſicæ formam mucrone exacuatus; quo quidem ex ſua ipſius confeſſione Regem interimere cogitauerat.*

Pag. 64.[1] Præcurſore Lugdunenſi, &c.] *Hæc verba reſpiciunt ad hiſtoriã memorati iã* Petri Barrieres. *Eo enim ipſo die, quo Melodunũ is appulerat, ad perpetrandum ibidẽ enorme Regicidium, eo (inquam) ipſo die Rex ab ignoto quodã Italo nobili* Ludouico Brancaleone *præmonitꝰ fuit; quod ſtratiota quiſpiã Lugduno ſequutus eũ fuerit, interficiendi Regem habens ꝓpoſitũ: eiuſq; ſtatura ſimul ac proportio; ſed & membrorũ omniũ, adeóq; barbæ, nec non veſtimẽtorũ ratio deſcripta fuit ita; vt exindeſtatim cognitus & ſeq. die, videl.* 27. *Auguſti Anno* 1593. *comprehẽſus fuerit: Confeſſio eius in ſumma hæc erat: Quod pridem antea, Rege tum aliam adhuc Religionem profitente, ſecum cogitauiſſet, iſtũ vita quî tamdẽ priuare poſſet: Cũ autem Rex poſtea Catholicam Romanam Religionem admiſiſſet, apud Clericos nonnullos in tranſitu Lugduni ſe ſciſcitatum eſſe, An bona cum conſcientia Regem poſſet interimere? quirespondiſſent; id neutiquã fieri poſſe aut debere. Lutetiam autẽ poſtmodum vbi veniſſet, &*

Pa-

Paſtori ad S. Andreæ Artium detexiſſet ſuum propoſitum; ab eo quidem laudatum id fuiſſe; ſed tamen ad ipſum fontem, id eſt, ad Rectorem ſocietatis Ieſu ſe fuiſſe ablegatum. Iſtum autem edixiſſe, Propoſitum eſſe ſacroſanctum; eoq; monuiße, præſenti ſaltem vt eßet animo, confiteretur, & aureis aliis occluderet linguamq; contineret: ſicque in cellam ab eo introductum ſe fuiſſe, & benedictionem accepiſſe. Poſtero die ſe confeſſum fuiſſe Ieſuitæ alii, ſed mentionem iſtius ſui propoſiti tum nullā feciſſe, ſicq; Corpus Domini in ipſo Ieſuitarum Collegio percepiſſe: præterea vero cogitationes ſuas adhuc alii ſe patefeciſſe Ieſuitæ, qui & ipſe tamquā pias ac meritorias eas adprobauerit. Hac Confeſſione firmiter inſtitit, in eaque conſtanter ad mortē vſque perſeuerauit: immo quum dextra ipſi⁹ igne iam abſumta, tum brachia quoque & crura confracta eſſent, in rota tamdem eamdem ſūmatim repetiit & denuo adfirmauit. Quorsū & hoc obſeruādū eſt; quod Dominica exſequutionē illam proximè præcedente, Pater Comoletus *Ieſuita Pariſienſis in Epilogo Concionis ſuæ monuerit & adhortat⁹ fuerit Auditores ſuos,* vt paululum adhuc obdurarent & quietis interim eſſent animis; ſiquidem breui miraculū à Deo magnū ipſos eſſe pcepturos adeoq; viſuros, interea verò ſibi non aliter perſuaderent, q̄ quaſi iā tū iſtud ipsū et eueniſſet. *Quæ ſuggeſtio quidem & exhortatio cum præmiſſa narratione non malè conuenit; ſed in eo tamen,*

quod Deus præuiderat & deſtinarat, omninò falſa fuit.

Pag.65. [s]. Dux Aurelianus, *&c.*] *Ludouicus 12. poſt adeptam coronã regiam, eóque regno inauguratus, eorum, quæ tempore Caroli 8. quũ Aurelianus adhuc Dux eſſet, ab aliis obtigiſſent ipſi, nihil reminiſci, aut talionem cuiquã reddere voluit. Et quum aliquando nonnulli niterentur eum aduerſum quemdam, qui cumprimis hoſtiliter ipſi fuerat aduerſatus, ad vindictam concitare laudabilem hanc & inprimis memorabilem ſententiam ipſis oppoſuit*: Non eſſe Galliarum Regis, antiqua Ducis Aureliani debita reuocare aut etiã vindicare velle.

Pag.67. [t]. Iacobus Clemens, *&c.*] *Monach⁹ Iacobinus, annos circiter 22. aut 23. natus: qui ſub prætextu literarum a ſummo Præſide Pariſienſi* Harlæo *Regi offerendarum, & ſummorũ præterea conſiliorum ipſi communicandorum, in caſtris, adeoque tentorio regis ipſo, quum is literas oblatas intentius cœpiſſet legere, cultellũ è manica protractum ipſius ventri infixit. d. 1. Auguſti, Anno 1589.*

Pag.68. [u]. in Italia præhenſus, *&c.*] *Quum Bonifacius 8. Pontifex R.* Philippum Pulcrum *Galliarum Regẽ excommunicare conatus fuiſſet; Rex ille Nobilem quemdam Feliecm (quem tamen alii* Guilielmum *appellant) Nogaretũ ablegauit ſub ſpecie Adpellationis ad futurum Concilium inſinuandæ Pontifici; qui tũ quidẽ Româ (Gibelinus inibidem ſuperioribus exſiſte-*

ſtentib. ac dominantibus) Anagniã in Abruzzo ſeceſſerat. Denunciatio autem iſtius Adpellationis non omninò ex ſtilo curiæ Romanæ, ſed aliquamtum incõuenientius, nimis multorum productione teſtium, apud S. Sedem *fiebat. Nogaretꝰ enim ille Sciarræ Columnæ auxilio CCC. Gallos in arcem clandeſtine intro ducebat, & arcem ita ciuitatemque occupabat; tum & ipsũ Pontificem prehendebat, eumq; magno cũ dedecore & obprobrio Romam abduxit captiuum; vbi 35. die poſt ipſius Sãctitas, quum rabie quadã ac furore percita ſibi benedictas prius ac benedicentes manus præmordiſſet, placidè ſcilicet in carcere obdormiuit, Anno* 1302. *de quo Platina ſic ſcribit:* Moritur hoc modo Bonifacius ille; qui Imperatoribus, Regibus, Principibꝰ, Nationibus, Populis terrorem potius quam Religionem iniicere conabatur; quiq; DARE REGNA ET AVFERRE, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur; aurũ vndiq; conquiſitum, pluſquam dici poſſit, ſitiens.

Pag. 68.ˣ. Eum per ignominioſã retractationẽ, *&c.*] *Nimirũ* Archidiaconum Narbonenſem, *qui a Pontifice Benedicto* 11. *conduci eóque ſeduci ſepaſſus fuerat, vt Excommunicationis Bullam, qua tum Rex, tum regnum quoque vniuerſum impetebatur, in Galliam tranſportaret. Eum enim Pariſienſe Parlamentum in ſolemnis iudicii actu d.* 21. *Maii. Anno* 1408. *ad ignominioſam recantationem adegit.*

Pag. 73. *y*. Per omnia & in omnib. *&c.*] *Cæcorum horum votorum rationes ex ſequentibus ipſorummet Ieſuitarum verbis colligi facilè poſſunt; vbi ſic ſcribunt in Conſtitutionibus ſuis part.* 3. §.1. Vt ſancta obedientia tum in exſequutione, tum in voluntate, tum in intellectu ſit nobis ſemper ex omni parte perfecta: cum magnâ celeritate, ſpirituali gaudio & perſeuerantia, quidquid nobis iniunctum fuerit, obeundo, OMNIA IVSTA ESSE NOBIS PERSVADENDO, OMNEM SENTENTIAM AC IVDICIVM NOSTRVM CÆCA QVADAM OBEDIENTIA ABNEGANDO. Et id quidem in omnibus, quæ à ſuperiore diſponuntur, vbi definiri non poſſit aliquod peccati genus intercedere. Et ſibi quiſque perſuadeat, quod qui ſub obedientia viuunt, ſe ferri ac regi à diuina prouidentia per ſuperiores ſuos, viuere debēt perinde ac ſi cadauer eſſent, quod quoquo verſus ſe ferri, & quacumque ratione tractari ſe ſinit; vel ſimiliter atque ſenis baculus, qui vbicumque & quacumque in re velit eo vti, qui eum in manu tenet, ei inſeruit. *Vbi animaduertendum, etiamſi iuxta literam ab obediētia iſta cæca id, quod abſq; peccato fieri non poſſit, aliquatenus excipi videatur; Ieſuitis tamen omnem in mandata ſuperiorum inquirendi eaque penitius ſcrutandi poteſtatem ademtā eſſe. ſicque teneri eos prò iuſtis ac legitimis agnoſcere omnia ſibi iniuncta;* OMNIA *videlicet*

licet IVSTA ESSE SIBI PERSVADENDO; *non ſecus ac ſi Chriſtus ipſe præcepiſſet; à quibus etiam tractari ſe permittere debeant, ac ſi cadauer aliquod aut baculus ſenis eſſent; ita vt nulla vel temporis, vel rationis, vel ſenſus etiam communis aut externi ratio habeatur; nimirũ vt obedientia ſit in cæcitate ſua omnimodè perfecta; Secundum voluntatem* Ignatii Loyolæ *Ieſuitarum omnium Patris ac primi creatoris: de quo Maffæus lib. 3. cap. 7. teſtatur;* Quum in Societate noſtra virtutem hanc (*obedientiam*) ceteris virtutibus anteferret, tum nihil huic laudi tam contrarium dicebat eſſe, quã IN SVPERIORVM IVSSIS ET CONSILIO EXAMINANDO MORAM VEL POTIVS ARROGANTIAM, negabatque obedientis nomine dignum haberi oportere, qui legitimo ſuperiori non cum voluntate IVDICIVM QVOQVE ſubmitteret. *Tum poſtea:* Atque ad ſapientem hanc ſanctamq; ſtultitiam CÆCÆ (*vt ipſe aiebat*) OBEDIENTIÆ ſuos, vt eſſent ad ſubita & ſeria promtiores, interdum etiam fictis in rebus erudiebat.

Pag. 78. [z]. Egregiæ Reſolutionis, *&c.*] *Quum conſilia Ieſuitarum in Gallia cancriſare ac in deterius ferri, viciſſim autem omnia in bonum Regis & vniuerſi Regni quietum ac tranquillum ſtatum inclinare paullatim inciperent; Generalis eorum* Aquauiua, *Prouinciales, Rectores, ac præcipuos ſeu Seniores ordinis*

vniuerſi Patres omneis Anno 1593. Romam ad generalem congregationem euocauit; vbi tum occaſione ſic ferente, quò tempori nempe ſe adcõmodarent, in Nouembri Decretum hoc tale cõdiderunt: Vt ab omni ſpecie mali abſtineatur, & querelis, etiam ex falſis ſuſpicionibus prouenientibus, præcipitur noſtris omnibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna inhabilitatis ad quæuis officia & dignitates ſeu prælationes vocisq; tam actiuę quam paſſiuę priuationes, ne quiſpiam PVBLICIS ET SECVLARIVM PRINCIPVM NEGOCIIS vlla ratione ſe immiſcere, nec etiam quamtũuis per quoscumq; requiſitus aut rogatus, eiuſmodi res tractandi curã ſuſcipere audeat vel præſumat. Idq; ſeriò cõmendatur ſuperiorib. ne permittant noſtros iis reb. vllo modo implicari, & ſi quos ad ea propenſos animaduerterent, eos loco mutandos quãprimũ cõmutent, ſi alicubi ſit occaſio vel periculum ſe eiuſmodi implicationib. irretiendi. *Ieſuitas autẽ in iſtiuſce Decreti promulgatione nõ ſeriò egiſſe; ſed hominib. ita ſaltem imponere oculosq; perſtringere voluiſſe, ne videl. minus ipſis fideretur; vel inde liquet; quod eorũ Superiores iſtud numquam obſeruârunt; quin potius vbicumq; & quãdocũq; vel paullulũ relaxationis adeptos eſſe ſe putarunt, antiquos dolos & aſtutias reaſſumere, & iuxta præſentaneam rerum conditionem ſua conſilia moderari neutiquã intermiſerunt: quum tamen Decretum iſtud allegatũ &*

iurata

iurata illa cæca obedientia diuerſum planè requireret; niſi ſi aliud in receſſu reconditum id habuiſſet & ipſimet eiusdem ſenſum melius intellexiſſent, adeoque cognita ipſius τεκμήρια *vſquequaque habuiſſent. Rem ita ſe habere manifeſtum eſt inde, quod Comoletus Ieſuita in Concione quadam ſuper caput 3. Iudic. Lutetiæ habita poſt excitatos de* Henrici III. Galliarum *Regis occaſu plauſus ingenteîs & euectionem iſtius Parricidæ Iacobitæ vel ſupra Sanctos omneîs in hanc erupit exclamationem:* Ahodum nos oportet aliquem habere; ſiue Monachus ſit, ſeu miles, ſiue cerdo denique ſeu ſubulcus; Perinde enim eſt; ſaltem vt Ahodum quempiam habeamus. *Hoc videlicet vnicum adhuc reſtat tum quidem*, omnia noſtra probè cõponemus, & ad optatum denique finem perducemus. *Ita quoq; poſteà Anno 1597. Ieſuita Richardus Walfodt Eduardo Squirreo venenum præbuit, quo Principẽ ſuam legitimam Angliæ Reginam inficeret & exſtingueret. Ita Ieſuitæ quoq; Duacenſes Anno ſeq. 1598. victorem quemdã Hyprenſem* Petrũ Panneum *induxerunt, vt Illuſtriſſimum illum belli ducem* Mauritium Naſſouium *interimere cogitârit. An autè hoc ſit* Principum Secularium negociis nulla ratione se immiscere, *& an literalis iſtius Decreti ſenſus ita obſeruetur, Ieſuitis quidẽ ad defendendum, omnibus autem præiudiciis nondum occupatis hominibus aliis diiudicandum relinquitur.*

deniqueſuum Claudium Duretum *à Parlamento petierunt; vt cauſa ſua non, vti ſolitum alias eſſet, palam, ſed occluſis potius iannis ſecretò audiretur & tractaretur: iſto cum prætextu; quod pro* Apologiæ *ſuæ ratione ſeu conditione, adeoque neceſſitate ipſa non poſſent aliter, quam vt multos, qui Regis miniſtri admodum fidi velint haberi, perſtringerent, eoque non parum offenderent. Quod ipſis, vtut aliud longe ſpectantibus, conceſſum tamen fuit atque permiſſum. Nihilominus autẽ Antagoniſtarũ eorum,* Antonii *nimirum* Arnoldi, *qui Academiæ, &* Ludouici Dolleti, *qui Cleri cauſam agebat, Aduocatorum propoſitiones publice typis excuſæ prodierunt, & per vniuerſam ita Galliam paſſim innotuerunt.*

Pag. 55.[n]. fiebat ictus, *&c.*] *Quem videlicet ictum* Iohannes Caſtellus *Pariſienſis, ex Ieſuitarum diſciplinâ ac ſcholâ prodiens, ætatis ſuæ anno 19. Regi in ipſiusmet arce* Louvre *& in atrio quidem ipſo regio, Principibus ac Summatibus aliis multis præſentibus, die 27. Decembr. Anno* 1594 *inflixit, eoque ſuperius labium perfodit; ſed ne quid grauius ipſi accideret, ex ſingulari Dei prouidentia dentium munimine factum fuit. Sicarius autem ille prehenſus, primum negauit, mox iterum confeſſus fuit, & pro merito ſuo punitus. Mandauerat quidem Rex initio, liber vt dimitteretur; iſtud enim ipſi ſe condonatum eſſe: poſtea*

eà verò diſcipulum, eum, eſſe Ieſuitarum, intelligens, dixit : Ergóne per meum ipſius os conuinci Ieſuitas tamdem oportet? *Nimirum, quia Ieſuitæ paulo antè in Iulio menſe conſimilis attentati parricidii gratiâ fuerant accuſati; quod a Iudicibus tamen, vt necdum ſufficienter comprobatum, ad vlteriorem diſquiſitionem erat reiectum.*

Pag. 60.°. Quod vnà Turonib. non fuerint, *&c.*] *Poſt ciuitates aliquot, vt Lutetia, Aurelia, Ambianum, Abbeuilla, & aliæ defeciſſent a Rege Henrico III. & Ligæ palam ſe adiunxiſſent; eas omnibus ille dignitatibus, honoribus, libertatibus ac priuilegiis priuauit & peculiari decreto d. 23. Martii Anno 1589. Parlamentum Pariſienſe Turonam tranſtulit, eóque omneis eius adſeſſores & adſeclas ſub pœna iacturæ conditionis ac officii cuiuslibet euocauit: Cui tamen pauciſſimi paruêre, plerique verò Lutetiæ, Decreto planè ſepoſito, remãſere. Ex quo facile colligi licet, abſentiam a Turonâ Jeſuitarum nullam ipſis indignationem apud Iudices, abſenteis vtique & ipſos, creare potuiſſe.*

Pag. 61.P. in Terceris, *&c.*] *De iſthac illaudabili & omni iudicio militari minimè congrua exequutione, vide Hieron. Conneſtagium,* Dell'vnione di Porto Gallo, *&c. lib. 9.*

Pag. 63.q. Vtrimq; acuto cultello, *&c*] *Cũ* Petr.° Barriere, *cõſilio & inſtinctu Patris Rectoris & alius præterea Ieſuitæ Pariſienſis inprimiũ*

Paſtori ad S. Andreæ Artium detexiſſet ſuum propoſitum; ab eo quidem laudatum id fuiſſe; ſed tamen ad ipſum fontem, id eſt, ad Rectorem ſocietatis Ieſu ſe fuiſſe ablegatum. Iſtum autem edixiſſe, Propoſitum eſſe ſacroſanctum; eoq; monuiße, præſenti ſaltem vt eßet animo, confiteretur, & aureis aliis occluderet linguamq; contineret: ſicque in cellam ab eo introductum ſe fuiſſe, & benedictionem accepiſſe. Poſtero die ſe confeſſum fuiſſe Ieſuitæ alii, ſed mentionem iſtius ſui propoſiti tum nullã feciſſe, ſicq; Corpus Domini in ipſo Ieſuitarum Collegio percepiſſe: præterea vero cogitationes ſuas adhuc alii ſe patefeciſſe Ieſuitæ, qui & ipſe tamquã pias ac meritorias eas adprobauerit. Hac Confeſſione firmiter inſtitit, in eaque conſtanter ad mortẽ vſque perſeuerauit: immo quum dextra ipſiꝰ igne iam abſumta, tum brachia quoque & crura confracta eſſent, in rota tamdem eamdem ſũmatim repetiit & denuo adfirmauit. Quorsũ & hoc obſeruãdũ eſt; quod Dominica exſequutionẽ illam proximè præcedente, Pater Comoletus *Ieſuita Pariſienſis in Epilogo Concionis ſuæ monuerit & adhortatꝰ fuerit Auditores ſuos,* vt paululum adhuc obdurarent & quietis interim eſſent animis; ſiquidem breui miraculũ à Deo magnũ ipſos eſſe ꝑcepturos adeoq; viſuros, interea verò ſibi non aliter perſuaderent, q̃ quaſi iã tũ iſtud ipsũ et eueniſſet. *Quæ ſuggeſtio quidem & exhortatio cum præmiſſa narratione non malè conuenit; ſed in eo tamen,*

quod Deus prauiderat & deſtinarat, omninò falſa fuit.

Pag.65. [s]. Dux Aurelianus, *&c.*] *Ludouicus 12. poſt adeptam coronā regiam, eòque regno inauguratus, eorum, quæ tempore Caroli 8. quū Aurelianus adhuc Dux eſſet, ab aliis obtigiſſent ipſi, nihil reminiſci, aut taliōnem cuiquā reddere voluit. Et quum aliquando nonnulli incitarentur eum aduerſum quemdam, qui cumprimis hoſtiliter ipſi fuerat aduerſatus, ad vindictam concitare laudabilem hanc & inprimis memorabilem ſententiam ipſis oppoſuit*: Non eſſe Galliarum Regis, antiqua Ducis Aureliani debita reuocare aut etiā vindicare velle.

Pag.67. [t]. IacobusClemens, *&c.*] *Monachus Iacobinus, annos circiter 22. aut 23. natus: qui ſub prætextu literarum a ſummo Præſide Pariſienſi* Harlæo *Regi offerendarum, & ſummorū præterea conſiliorum ipſi communicandorum, in caſtris, adeoque tentorio regis ipſo, quum is literas oblatas intentius cœpiſſet legere, cultellū è manica protractum ipſius ventri infixit. d. 1. Auguſti, Anno 1589.*

Pag.68. [u]. in Italia præhenſus, *&c.*] *Quum Bonifacius 8. Pontifex R.* PhilippumPulcrum *Galliarum Regē excommunicare conatus fuiſſet; Rex ille Nobilem quemdam Felicem (quem tamen alii* Gulielmum *appellant) Nogaretū ablegauit ſub ſpecie Adpellationis ad futurum Concilium inſinuandæ Pontifici; qui tū quidē Romā (Gibelinis inibidem ſuperioribus exſiſtē-*

ſtentib. ac dominantibus) Anagniã in Abruzzo ſeceſſerat. Denunciatio autem iſtius Adpellationis non omninò ex ſtilo curiæ Romanæ, ſed aliquamtum incõuenientius, nimis multorum productione teſtium, apud S. Sedem *fiebat. Nogaret⁹ enim ille Sciarra Columna auxilio CCC. Gallos in arcem clandeſtine intro ducebat, & arcem ita ciuitatemque occupabat; tum & ipsũ Pontificem prehendebat, eumq; magno cũ dedecore & obprobrio Romam abduxit captiuum; vbi 35. die poſt ipſius Sãctitas, quum rabie quadã ac furore percita ſibi benedictas prius ac benedicentes manus præmordiſſet, placidè ſcilicet in carcere obdormiuit, Anno* 1302. *de quo Platina ſic ſcribit:* Moritur hoc modo Bonifacius ille; qui Imperatoribus, Regibus, Principib⁹, Nationibus, Populis terrorem potius quam Religionem iniicere conabatur; quiq; DARE REGNA ET AVFERRE, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur; aurũ vndiq; conquiſitum, pluſquam dici poſſit, ſitiens.

Pag. 68.ˣ. Eum per ignominioſã retractationẽ, &c.] *Nimirũ* Archidiaconum Narbonenſem, *qui a Pontifice Benedicto* 11. *conduci eóque ſeduci ſepaſſus fuerat, vt Excommunicationis Bullam, qua tum Rex, tum regnum quoque vniuerſum impetebatur, in Galliam tranſportaret. Eum enim Pariſienſe Parlamentum in ſolemnis iudicii actu d.* 21. *Maii. Anno* 1408. *ad ignominioſam recantationem adegit.*

Pag. 73. *y.* Per omnia & in omnib. *&c.*] *Cæcorum horum votorum rationes ex ſequentibus ipſorummet Ieſuitarum verbis colligi facilè poſſunt; vbi ſic ſcribunt in Conſtitutionibus ſuis part.* 3. §. 1. Vt ſancta obedientia tum in exſequutione, tum in voluntate, tum in intellectu ſit nobis ſemper ex omni parte perfecta: cum magnâ celeritate, ſpirituali gaudio & perſeuerantia, quidquid nobis iniunctum fuerit, obeundo, OMNIA IVSTA ESSE NOBIS PERSVADENDO, OMNEM SENTENTIAM AC IVDICIVM NOSTRVM CÆCA QVADAM OBEDIENTIA ABNEGANDO. Et id quidem in omnibus, quæ à ſuperiore diſponuntur, vbi definiri non poſſit aliquod peccati genus intercedere. Et ſibi quiſque perſuadeat, quod qui ſub obedientia viuunt, ſe ferri ac regi à diuina prouidentia per ſuperiores ſuos, viuere debēt perinde ac ſi cadauer eſſent, quod quoquo verſus ſe ferri, & quacumque ratione tractari ſe ſinit; vel ſimiliter atque ſenis baculus, qui vbicumque & quacumque in re velit eo vti, qui eum in manu tenet, ei inſeruit. *Vbi animaduertendum, etiamſi iuxta literam ab obedietia iſta cæca id, quod abſq; peccato fieri non poſſit, aliquatenus excipi videatur; Ieſuitis tamen omnem in mandata ſuperiorum inquirendi eaque penitius ſcrutandi poteſtatem ademtã eſſe. ſicque teneri eos prò iuſtis ac legitimis agnoſcere omnia ſibi iniuncta;* OMNIA *videlicet*

licet IVSTA ESSE SIBI PERSVADENDO; *non ſecus ac ſi Chriſtus ipſe præcepiſſet; à quibus etiam tractari ſe permittere debeant, ac ſi cadauer aliquod aut baculus ſenis eßent; ita vt nulla vel temporis, vel rationis, vel ſenſus etiam communis aut externi ratio habeatur; nimirũ vt obedientia ſit in cæcitate ſua omnimodè perfecta; Secundum voluntatem* Ignatii Loyolæ *Ieſuitarum omnium Patris ac primi creatoris: de quo Maffæus lib. 3. cap. 7. teſtatur;* Quum in Societate noſtra virtutem hanc (*obedientiam*) ceteris virtutibus anteferret, tum nihil huic laudi tam contrarium dicebat eſſe, quã IN SVPERIORVM IVSSIS ET CONSILIO EXAMINANDO MORAM VEL POTIVS ARROGANTIAM, negabatque obedientis nomine dignum haberi oportere, qui legitimo ſuperiori non cum voluntate IVDICIVM QVOQVE ſubmitteret. *Tum poſtea*: Atque ad ſapientem hanc ſanctamq; ſtultitiam CÆCÆ (*vt ipſe aiebat*) OBEDIENTIÆ ſuos, vt eſſent ad ſubita & ſeria promtiores, interdum etiam fictis in rebus erudiebat.

Pag. 78. z. Egregiæ Reſolutionis, &c.] *Quum conſilia Ieſuitarum in Gallia cancriſare ac in deterius ferri, viciſſim autem omnia in bonum Regis & vniuerſi Regni quietum ac tranquillum ſtatum inclinare paullatim inciperent; Generalis eorum* Aquauiua, *Prouinciales, Rectores, ac præcipuos ſeu Seniores ordinis*

vniuerſi Patres omneis Anno 1593. Romam ad generalem congregationem euocauit; vbi tum occaſione ſic ferente, quò tempori nempe ſe adcõmodarent, in Nouembri Decretum hoc tale cõdiderunt: Vt ab omni ſpecie mali abſtineatur, & querelis, etiam ex falſis ſuſpicionibus prouenientibus, præcipitur noſtris omnibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna inhabilitatis ad quæuis officia & dignitates ſeu prælationes vocisq; tam actiuę quam paſſiuę priuationes, ne quiſpiam PVBLICIS ET SECVLARIVM PRINCIPVM NEGOCIIS vlla ratione ſe immiſcere, nec etiam quamtũuis per quoscumq; requiſitus aut rogatus, eiuſmodi res tractandi curã ſuſcipere audeat vel præſumat. Idq; ſeriò cõmendatur ſuperiorib. ne permittant noſtros iis reb. vllo modo implicari, & ſi quos ad ea propenſos animaduerterent, eos loco mutandos quãprimũ cõmutent, ſi alicubi ſit occaſio vel periculum ſe eiuſmodi implicationib. irretiendi. *Ieſuitas autẽ in iſtiuſce Decreti promulgatione nõ ſeriò egiſſe; ſed hominib. ita ſaltem imponere oculosq; perſtringere voluiſſe, ne videl. minus ipſis fideretur; vel inde liquet; quod eorũ Superiores iſtud numquam obſeruârunt; quin potius vbicumq; & quãdocũq; vel paullulũ relaxationis adeptos eſſe ſe putarunt, antiquos dolos & aſtutias reaſſumere, & iuxta præſentaneam rerum conditionem ſua conſilia moderari neutiquã intermiſerunt: quum tamen Decretum iſtud allegatũ & iurata*

*iurata illa cæca obedientia diuerſum planè requireret; niſi ſi aliud in receſſu reconditum id habuiſſet & ipſimet eiusdem ſenſum melius intellexiſſent, adeoque cognita ipſius τεκμήρια vſquequaque habuiſſent. Rem ita ſe habere manifeſtum eſt inde, quod Comoletus Ieſuita in Concione quadam ſuper caput 3. Iudic. Lutetiæ habita poſt excitatos de*Henrici III. Galliarum *Regis occaſu plauſus ingenteis & euectionem iſtius Parricidæ Iacobitæ vel ſupra Sanctos omneis in hanc erupit exclamationem:* Ahodum nos oportet aliquem habere; ſiue Monachus ſit, ſeu miles, ſiue cerdo denique ſeu ſubulcus; Perinde enim eſt; ſaltem vt Ahodum quempiam habeamus. *Hoc videlicet vnicum adhuc reſtat tum quidem*, omnia noſtra probè cõponemus, & ad optatum denique finem perducemus. *Ita quoq; poſteà Anno 1597. Ieſuita Richardus Walfodt Eduardo Squirreo venenum præbuit, quo Principẽ ſuam legitimam Angliæ Reginam inficeret & exſtingueret. Ita Ieſuitæ quoq; Duacenſes Anno ſeq. 1598. vietorem quemdã Hyprenſem* Petrũ Panneum *induxerunt, vt Illuſtriſſimum illum belli ducem* Mauritium Naſſouium *interimere cogitârit. An autè hoc ſit* PRINCIPVM SECVLARIVM NEGOCIIS NVLLA RATIONE SE IMMISCERE, *& an literalis iſtius Decreti ſenſus ita obſeruetur, Ieſuitis quidẽ ad defendendum, omnibus autem præiudiciis nondum occupatis hominibus aliis diiudicandum relinquitur.*

Pag. 80. [aa]. Proximi noſtri vicini &c.] *Intellige non ſolum multas ciuitates Italicas, quæ iſtos (Ieſuitas) per quàm moleſtè ferunt, eóque dudum eieciſſent: niſi Pontificis nimis propinqui poteſtatem externam metuerent; ſed propriiſſimam quoq; Pontificis ciuitatem Aueniomem; quæ ab eo tamquam Magiſtratu ſuo Politico ſuppliciter efflagitauit, vt Ieſuiticum inde Collegium auferret, atque malo tamdem ab iſto liberaret ipſam & expediret.*

Pag. 89. [bb]. Turonibus Anno 1591. &c.] *Cum videl. Gregorii* XIII. *PP. Bulla à primo Martii* 1591. *per Pariſienſe tũ Turonæ reſidens Parlamentum, tamquam ſeditioſa & libertati Gallicarum Eccleſiarum inſidioſa, ſed & maximè pernitioſa damnata, atque per carnificem publicè exuſta, prætereaque Nuncius Apoſtolicus ille Bulligerulus* Marcellinus Landrianus, *vt vbicumque tamdem offenderetur illicò proſterneretur ac comprehenderetur, mandatum fuit, d.* 5. *Auguſti, iam dicti anni* 1591.

Pag. 90. [cc] Bonifacium VIII. &c.] *Qui Philippum Pulcrũ Galliarum Regem excommunicare, regnumq; eius Alberto Imperatori tradere voluit. Quẽadmodũ autẽ Excõmunicatio iſta ac liberalitas ſucceſſerit, quamtumq; profuerit ipſi, iam anteà dictum eſt.*

Pag. eadẽ, [dd] Benedictum XIII. &c.] *Hic Carolum* 6. *Galliarum Regem vnà cum vniuerſo regno excommunicare ſatagebat. At enim in Parlamento ſeu conſilio pleno, præſente etiam ipſo*

ipſo Rege, d. 21. Maii, Anno 1408. *concluſum ac decretũ fuit; vt Bulla diſcinderetur, & bulligeruli pictis induti tunicis, ac ſuſpenſa è collo Bullâ per plateas circumtraherentur carro, ſicq; publicè riſui ac ludibrio exponerentur, hac cum inſcriptione:* HI PERFIDIOSE EGERVNT ADVERSVS ECCLESIAM ET REGEM SVVM. *Id quod factum ita & publica exſequutione peractum fuit.*

Pag. eadem, ℣. 23. [ee] Iulius II. *&c.*] *Cuius cenſuræ viciſſim ab Eccleſiis Gallicanis Anno* 1510. *Turonib. congregatis, cenſitæ ac diiudicatæ ſunt.*

Pag. 99. [ff]. Columnâ ſeu pyrami, *&c.*] *Quia* Petrus Caſtellus *ciuis olim Pariſienſis, ſupradicti* Iohannis Caſtelli *pater, huius filii ſui parricidiale contra Regem propoſitum ab ipſomet intellexerat, & nihilominus occultauerat ſecum ac reticuerat; à Parlamento iudicatum fuit, vt ipſius ædes deſtructæ publicatæque numquam in poſterum reædificarentur; ſed earum loco columna ſeu pyramis erigeretur, in qua maleficii iſtiuſce qualitas ad æternam recordationem adnotaretur. Quod etiam factum, & ad latera eius quatuor totidem nigricantes marmoreæ tabulæ ſuſpenſæ ſunt, quæ literis aureis inſcriptiones ſubſequenteis etiamnum ibi viſendas continent:*

ARREST DE LA COVR,

Enſemble les vers & diſcours Latins eſcrits ſur marbre noir en lettres d'or, és quatre faces de la baſe de la Pyramide dreſſée deuant la grande porte du Palais a Paris.

VEu par la cour, les grand Chambre & Tournelle aſſemblées, le procez criminel commencé á faire par le Prevoſt de l'Hoſtel du Roy, & depuis paracheué d'inſtruire en icelle, à la requeſte du Procureur general du Roy, demandeur & accuſateur à l'en contre de Iean Chaſtel natif de Paris, Eſcolier ayant fait le cour de ſes eſtudes au College de Clermont, priſſonnier és priſons de la Conciergerie du Palais, pour raiſon du tres-execrable & tres-abominable parricide attenté ſur la perſonne du Roy: Interrogatoires & confeſſions dudit Iean Chaſtel, ouy & interrogé en la dicte Cour ledit Chaſtel, ſur le fait dudit parricide: Ouys auſſi en icelle Iean Gueret Preſtre, ſoy diſant de la congregation & ſocieté du nom de Ieſus, demeurant audit College, & cy deuant Precepteur dudit Iean Chaſtel: Pierre Chaſtel, & Deniſe Hazard, pere & mere du dit Iean:

dit Iean: Concluſions du Procureur general du Roy & tout conſideré.

Il ſera dit, Que la dicte Cour à declarè & declare ledit Iean Chaſtel, attaint,& conuaincu du crime de leze maieſté diuine & humaine au premier chef, par le tres-mechant, & tres-deteſtable parricide attẽté ſur la perſõne du Roy. Pour reparation du quel crime à cõdamné & condamne ledit Iean Chaſtel à faire amende honorable deuãt la principale porte de l' Egliſe de Paris, nud en Chemiſe, tenant vne torche de cire ardente du poix de deux liures, & illec à genoux dire & declarer. Que malheureuſement & proditoirement il à attenté le dit tres-inhumain,& tres-abominable parricide & bleſſé le Roy d'vn couteau en la face: & par faulſes & damnables inſtructions il à dit audit procez eſtre permis de tuer les Rois, & que le Roy Henry quatrieſme à preſent regnant n'eſt en l' Egliſe iusques à ce qu'il ayt l'approbation du Pape: dont il ſe repent & demande pardon à Dieu, au Roy, & à Iuſtice. Ce faict, eſtré mené & cõduit en vn tumbereau en la place de Greue. Illec tenaillé aux bras & cuiſſes, & ſa main dextré tenant en icelle le couteau du quel il s' eſt efforcé commettre le dit parricide, coupée. Et apres, ſon corps tiré & demembré auec quatre cheuaux, & ſes membres & corps iettes au feu & conſumez en cendres iettees au vent. A declaré & decla-

re tous & chacuns ſes biens acquis & confiſquez au Roy. auant la quelle execution ſera le dit Iean Chaſtel applique à la queſtion ordinaire & extraordinaire, pour ſçauoir la verite de ſes complices, & d'aucuns cas reſultans du dit procez. A fait inhibitions & deffenſes a toutes perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoyent, ſur peine de crimé de leze Maieſté, de dire ne proferer en aucun lien public, ne autre, leſdits propos: les quels la dicte Cour à declaré ſcandaleux, ſeditieux contraires á ſa parole de Dieu, & cõdamnez comme heretiques par les ſaincts Decrets.

Ordonne que les Preſtres & Eſcholiers du College de Clermont, & tous autres ſoy diſans de la dite ſocieté, comme corrupteurs de la ieuneſſe, perturbateurs du repos public, ennemis du Roy & de le Eſtat, vuideront dedans trois iours, apres la ſignification du preſent Arreſt, hors de Paris, & autres villes, & lieux ou ſont leurs Colleges; & quinzaine apres, hors du Royaume: ſur peine où ils y ſeront trouuez le dit tẽps paſſé, d'eſtre punis comme criminels & coulpables dudit crime de leze maieſté. Seront les biens tant meubles qu'immeubles à eux appartenans employez en œuures pitoyables, & diſtribution d'iceux faicté ainſi q; par la Cour ſera ordonné. Outre, fait defenſes à tous ſubiects du Roy d'enuoger des Escholiers aux Colleges de la di-

la dicte ſocieté, qui ſont hors du Royaume pour y eſtre inſtruits, ſur la meſme peine de leſe Maieſté. Ordonne la Cour que les extraicts du preſent Arreſt ſeront enuoyez aux Bailliages & Seneſchauſſes de ce reſſort, pour eſtre executé ſelon ſa forme & teneur. Enioint aux Baillifs & Seneſchaux, leurs Lieutenans generaux & particuliers, proceder à l'execution dedans le delay contenu en iceluy: & aux Subſtituts du Procureur general, tenir la main à la dicte execution, faire informer de contrauentions, & certifier la dicte Cour de leurs diligences au mois, ſur peine de priuation de leurs eſtats.

Signé, du

Tillet.

Prononcé au dit Iean Chaſtel, executé le Ieudy vingt-neufieſme Decembre quatre-vingts quatorze.

SEQVITVR
INTERPRETATIO LATINA
ſuperioris Arreſti Gallici.

ARRESTVM CVRIÆ, VT & verſus, & tractatus Latini nigro marmori literis aureis inſcripti in quatuor faciebus baſeos Pyramidis, ante palatii portam Pariſiis extructæ.

V*Iſo per curiam, magna Camera & Tornellis in vnum coactis, criminali proceſſu per præfectum palatii Regii incepto, & poſtea in eadem peracto, ad petitionem procuratoris generalis Regii actoris & accuſatoris aduerſus* Iohannem Chaſtel, *Pariſiis ortum, & ſtudioſum, qui ſtudiorum curſum in collegio Claromontano abſoluit captiuum in palatii carcere detentum ob maximé execrandum & abominandum parricidiũ in Regis perſona intentatum: Quæſtionibus & confeſſionibus eiuſdem* Iohannis Chaſtel *auditi & interrogati in eadem curia ſuper eiuſdem parricidii negotio: Auditis itidem eodem loco* Iohanne Gueret *presbytero, qui ſe de congregatione & ſocietate Ieſus affirmabat eſſe, eodem in collegio agente & antehac eiuſdem Iohannis Chaſtel præceptore:* Petro Chaſtel & Dionyſia Hazart *parentibus præfati Iohannis: Concluſionibus Generalis procuratoris Regii & rebus omnibus perpenſis:*

Di-

Dicetur eandem curiam pronunciaſſe & pronunciare præfatum Iohannem Chaſtel conuictum criminis læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ in primo capite, ob maximè impium & maximè deteſtandum parricidium in Regis perſonam intentatum: In cuius criminis reparationem præfatum Iohannem Chaſtel *in multam honorariam adiudicauit & condemnauit, vt ante ſummas valuas templi Pariſiani nudus, ſolo opertus induſio, cum face cerea ponderis duarum librarum manibus geſta, eaque ardente flexis genibus dicat & pronunciet ſe iniquiſſimè & proditoriè prædictum maximè inhumanum & maximè abominandum parricidium ſuſcepiſſe, & Regem in facie cultro læſiſſe: ſeque falſa & damnanda inſtitutione inductum in ſuo proceſſu dixiſſe*, Licere Reges occidere, & Regem Henricum IV^um^ nunc regnantem, non eſſe in Eccleſia vſquequó à pontifice approbatus fuerit: *eorumque omnium pœnitentia duci, & veniam petere à Deo, à Rege, & à Magiſtratu. Hiſque peractis, vt plauſtro in locum Greuianum deducatur, ibique brachiis & fœmoribus candentibus forcipib. inuratur, & manus dextra, cultrum, quo prædictum parricidium perpetrare eſt adnixus, gerens, abſcindatur, deinde ipſius corpus quatuor equis diſcerpatur, membra & corpus diſcerpta in ignem coniiciantur, & in cineres redacta in ventos proiiciantur.*

Pronunciauit eadem curia & pronunciat vniuerſa & ſingula eius bona Regi acquiſita. Antè quam executionem quæſtioni ordinariæ & extraordinariæ idem Iohannes Chaſtel *applicabitur, vt flagitii ſociorum, & aliarumquarumdam rerum, quæ ex eiuſdem proceſſu reſultant, veritas innoteſcere poſſit: Inhibuit omnibus, cuiuſque qualitatis aut conditionis demum ſint, ſub pœna criminis læſæ maieſtatis, ne dicant aut proferant in vllo loco publico, aut priuato prædicta verba: quæ eadem Curia pronunciauit & pronunciat ſcandaloſa, ſeditioſa, verbo Dei contraria, & ſacris decretis vt hæretica condemnata.*

Statuit vt presbyteri & ſtudioſi collegii Claromontani, & reliqui omnes qui ſe eiuſdem eſſe ſocietatis profitentur, tanquam corruptores iuuentutis, publicæ tranquillitatis perturbatores, Regis hoſtes, & regni, vrbe Pariſienſi intra tres dies poſt præſentis Arreſti ſignificationem excedant, vt & aliis vrbibus & locis, vbi eorum habentur collegia; & quindecim poſt diebus, toto regno: ſub comminatione, ſi ibidem poſt id temporis deprehenſi fuerint, futurum eſſe vt puniantur tamquam facinoroſi & rei eiuſdem criminis læſæ maieſtatis. Omniaque ipſorum bona tum mobilia tum immobilia operibus piis applicabuntur, & quem modo ab ipſa Curia fuerit conſtitutum. Præterea inhibet omnibus Regis ſubditis, ne ſtudioſos in prædictæ ſocietatis collegia quæ extra

re-

regnum ſunt immittant, vt ibidem inſtituantur ſub pari pœna criminis læſæ maieſtatis.

Statuit eadem Curia, vt copia præſentis Arreſti, ad præfecturas prouinciarum huiuſce iudicatus emittantur, vt iſthic executioni ſecundum eius formam & tenorem mandetur. Mandat præfectis, eorum locumtenentibus generalibus & particularibus, vt id executioni mandent intra terminũ in eo contentum: & procuratoris generalis ſubſtitutis, vt manũ teneant ad hoc vt fiat executio, & in delinquentes inquirant Curiam, qui doceant de ſua diligentia intra menſem, ſub pœna priuatione officiorum.

SIGNATVM

TILLET.

Pronunciatum ipſi *Iohanni Chaſtel*, & executioni mandatum die Iouis vigeſimo nono Decembris, Anni 1594.

II.

QVOD SACRVM VOTVMque ſit memoriæ, perennitati, longæuitati, ſalutique maximi fortiſſ. & clementiſſ. Principis HENRICI IV. Galliæ & Nauarræ Regis Chriſtianiſſ.

AVdi viator, ſiue ſis extraneus,
Siue incola vrbis, quoi Paris nomen dedit.
Hic alta quæ ſto pyramis, domus fui
Caſtella, ſed quam deruendam funditus
Frequens Senatus crimen vltus cenſuit.
Huc me redegit tamdem herilis filius,
Malis magiſtris vſus & ſchola impia,
Sotericum, eheu! nomen vſurpantibus:
Inceſtus, & mox parricida in Principem,
Qui nuper vrbem perditam ſeruauerat,
Et qui fauente ſæpe victor Numine
Deflexit ictum audaculi ſicarii,
Punctusque tantum eſt dentium ſepto tenus.
Abi Viator, plura me vetat loqui
Noſtræ ſtupendum ciuitatis dedecus.

IN PYRAMIDEM EANDEM.

QVæ trahit à puro ſua nomina Pyramis igne,
Ardua barbaricas olim decorauerat vrbes;

None

Nunc decori non eſt, ſed criminis arapiatrix:
Omnia nam flammis pariter purgantur & vndis.
Hic tamen eſſe pius monimentum inſigne Senatus,
Principis incolumis ſtatuit quo ſoſpite caſum
Nec metuet pietas, nec Res graue publica damnum.

III.

D. O. M.

PRo ſalute Henrici IV. clementiſſ. ac fortiſſ. Regis, quem nefandus parricida pernicioſiſſ. factionis hæreſi peſtifera imbutus, quæ nuper abominandis ſceleribus pietatis nomen obtendens, vnctos Domini, viuasque Maieſtatis ipſius imagines occidere populariter docuit, dum confodere tentat, cæleſti numine ſceleſtam manum inhibente, cultro in labrum ſuperius delato, & dentium occurſu feliciter retuſo, violare auſus eſt. Ordo ampliſſimus, vt vel conatus tam nefarii pœnæ terror, ſimul &

II.

QVOD SACRVM VOTVMque ſit memoriæ, perennitati, longæuitati, ſalutique maximi fortiſſ. & clementiſſ. Principis HENRICI IV. Galliæ & Nauarræ Regis Chriſtianiſſ.

AVdi viator ſiue ſis extraneus,
Siue incola vrbis, quoi Paris nomen dedit.
Hic alta quæ ſto pyramis, domus fui
Caſtella, ſed quam deruendam funditus
Frequens Senatus crimen vltus cenſuit.
Huc me redegit tamdem herilis filius,
Malis magiſtris vſus & ſchola impia,
Sotericum, eheu! nomen vſurpantibus:
Inceſtus, & mox parricida in Principem,
Qui nuper vrbem perditam ſeruauerat,
Et qui fauente ſæpe victor Numine
Deflexit ictum audaculi ſicarii,
Punctusque tantum eſt dentium ſepto tenus.
Abi Viator plura me vetat loqui
Noſtræ ſtupendum ciuitatis dedecus.

IN PYRAMIDEM EANDEM.

QVæ trahit a puro ſua nomina Pyramis igne,
Ardua barbaricas olim decorauerat vrbes;

Nunc

Nunc decori non eſt, ſed criminis ara piatrix:
Omnia nam flammis pariter purgantur & vndis.
Hic tamen eſſe pius monimentum inſigne Senatus,
Principis incolumis ſtatuit quo ſoſpite caſum
Nec metuet pietas, nec Res graue publica damnum.

III.

D. O. M.

PRo ſalute Henrici IV. clementiſſ. ac fortiſſ. Regis, quem nefandus parricida pernicioſiſſ. factionis hæreſi peſtifera imbutus, quæ nuper abominandis ſceleribus pietatis nomen obtendens, vnctos Domini, viuasque Maieſtatis ipſius imagines occidere populariter docuit, dum confodere tentat, cæleſti numine ſceleſtam manum inhibente, cultro in labrum ſuperius delato, & dentium occurſu feliciter retuſo, violare auſus eſt. Ordo ampliſſimus, vt vel conatus tam nefarii pœnæ terror, ſimul &

præſentiſſimi in Opt. Principem ac regnum, cuius ſalus in eius ſalute poſita eſt, diuini fauoris apud poſteros memoria extaret, monſtro illo admiſſis equis membratim diſcerpto, & flãmis vltricibus conſumpto: Ædes etiam vnde prodierat, heic ſitas funditus euerti, & in earum locum, ſalutis omnium ac gloriæ ſignum erigi decreuit.

IIII. Non. Ian. Ann. prox. 1595.

E. X. S. C.

Heic domus immani quondam fuit hoſpita monſtro,
Crux vbi nunc celſum tollit in aſtra caput.
Sanciit in miſeros pœnam hanc ſacer Ordo Penates
Regibus vt ſcires ſanctius eſſe nihil.

I V.

D. O. M.

SACRVM.

QVum Henricus Chriſtianiſſimus Francorum & Nauarror. Rex bono Reip. natus, inter cætera victoriarũ exempla, quib. tam de Tyrannide Hiſpani-

ſpanica, quam de eius factione priſcā regni huius Maieſtatē iuſtis vltus eſt armis, etiam hanc vrbem & reliquas regni huius pene omnes recepiſſet, ac denique felicitate eius inteſtinor. Franciæ nominis hoſtiū furorē prouocante, Ioannes Petri F. Caſtellus ab illis ſubmiſſus, ſacrum Regis caput cultro petere auſus eſſet, præſentiore temeritate, quā feliciore ſceleris ſucceſſu: Ob eam rem ex ampliſs. ordinis conſulto, vindicato perduellione, diruta Petri Caſtelli domo, in qua Ioannes eius F. inexpiabile nefas deſignatum patri communicauerat, in area æquata hoc perenne monumentum erectum eſt, in memoriam eius diei, in quo ſæculi felicitas inter vota & metus vrbis, liberatorē regni, fundatoremque publicæ quietis à temeratoris infando incœpto, regni autē huius opes adtritas ab extremo interitu vindicauit, pulſo prętereatota Gallia hominū genere nouæ ac maleficæ ſuperſtitionis, qui Remp. turbabant, quorū inſtinctu piacularis adoleſcens dirum facinus inſtituerat.

S. P. Q. P.

EXtinctori peſtiferæ factionis Hiſpanicæ, incolumitate eius & vindicta parricidii læti Maieſtatique eius deuotiſſ.

Duplex poteſtas iſta fatorum fuit,
Gallis ſaluti quod foret, Gallis dare:
Seruare Gallis, quod dediſſent optimum.

F I N I S.

SERE.

SERENISSIMÆ PRINCIPIS ELIZABETHÆ, ANGLIÆ,

Franciæ, Hiberniæ Reginæ inuictiſſimæ, fidei Apoſtolicæ defenſatricis,

EDICTVM

Contra Ieſuitas & Sacerdotes ſeculares, Anno Domini 1602. die 15. Nouembr.

EX

ANGLICO SERMONE IN LATInum conuerſum.

CVm beneuolentia ea, qua cuiusvis ordinis ſubditos noſtros cõplexi ſumus, quamq; in intimo pectore penitus infixã eſſe ſenſimus, nos ab extrema earum legum executione, quæ ſancitæ fuerunt Comitiorum Regni noſtri decretis ad religionẽ orthodoxam propugnandã, & ſeductores omnes (præſertim ab exteris ad nos aduolantes) & illos qui eiuſmodi ſubſidiũ præbent, propulſandos, magis aliquandiu abſtraxit,

quam vel ſtatus noſtri ſalus ferre, vel Principum aliorum (à quibus vna religionis profeſſio ſemper culta & obſeruata eſt) exempla, legitime approbare poſſint: Idcirco in ſpem maximam deuenimus, fore, vt Sacerdotes illi pontificii, qui externa autoritate permoti, in hoc Regnum ingreſſi ſunt, quò populum à veræ religionis, adeòque fidelis erga nos ſubiectionis ſtudio abducerent: vellent tandem (præſertim iam antea experti Legum noſtrarum ſeueritatem) vel experientià clementiæ noſtræ adducti, vel iudicii ſui normâ edocti, à priſtina ſua improbitate auocari: nec irritare animum noſtrum denuo, & extremum illis ſupplicium infligendum incendere. Etenim poſtquam nos tantæ tamque miſeræ ſeductionis illorum miſerti, tanta illos cum lenitate tractauimus: illi contra clementiæ noſtræ penitus obliti, noſtrum, regnique noſtri interitum machinati ſunt. Nemo enim non nouit, Regem Hiſpaniæ, regnum Hiberniæ noſtrum nuper perquam malitioſè inuaſiſſe, & *Don Giouan* (qui in illo exercitu ſummus dux & imperator conſtitutus erat) diploma illud à Sede Romana acceptum audacter animoſeq; promulgaſſe: cuius auctoritate ſcilicet, nobis regno abdicatis atque detruſis, eius dominus Rex renunciatus eſt. Huius verò ſui tam inauſpicati

cati & infelicis moliminis, Ieſuitas cum ſociis ſuis ſecularibus Sacerdotibus, ſuaſores & veluti buccinatores extitiſſe, vel ipſi Hiſpani in maximas tum redacti anguſtias, non modo liberè dixerunt, verum etiam queribundi multoties dolenter deplorarunt. Regem enim Hiſpaniæ in eam mentem adduxerunt, vt vires noſtras crederet tam anguſtas, tamque prorſus abiectas, partes verò ſuas tantas, tamque vndique corroboratas fuiſſe, vt victoriam ipſam ſibi ſpe certiſſimâ polliceretur. Deinde futuræ iſtorum erga nos obedientiæ integræ, ſpem omnem nobis penitus eſſe ſublatam, non dubitauimus quin ferè maximæ parti Europæ, vel ex ipſorum ſcriptis, recens editis & diuulgatis iam ſatis conſtiterit: nimirum, eos ad hoſtium noſtrorum laudem prædicandam & amplificandã, ſubditos verò noſtros in partes aduerſarias pertrahendos, denique ad interitum ſtatus noſtri perpetuum machinandum, conſenſu maximo, vel intra regnum noſtrum, nequiter & malitioſè conſpiraſſe. Quid enim? Sacerdotes ſeculares pleriqne omnes nouę ſubordinationi à Pontifice ſibi imperatæ, ſeſe penitus addixerunt, ſeque totos conſiliis Ieſuitarum (qui homines Regis Hiſpaniæ partibus ſemper deuotiſſimi, à ſubiectione noſtra prorſus abhorruerunt) regendos tradiderũt: Hinc factum eſſe arbitramur, quod vtriuſq; ſectę homines timore erga DEVM æternum,

erga nos Principē legitimā obſequio, deniq; erga matrem ſuam germanam, Regnum noſtrum pietate excuſſa atque abiecta, coniunctiſſimis animis nunc (ſi tamen magis potuerint) magis præfracti & pernitioſi quā antea vnquam euaſerint. Eô namque peruerſitatis atque improbitatis proruperunt, vt ſubditis noſtris iam penè perſuaſerint, arma eos contrà nos ſuſcipere debere, & copias ſuas cum hoſte quouis coniungere, quem papa ſub prætextu reſtituendæ religionis Romanæ, ad Regnum noſtrum ſubiugandum miſerit. Præterea tam eſt proiecta & profligata eorum arrogantia, vt non ſint veriti in omnibus regni negotiis ſe immiſcere & verbis ac ſcriptis ſuis, de Regno & Corona noſtra pro animi ſui libidine palā decernere. Et ſi quis fortè ex iis, ceu moderationis ingenii, conſcientiæ ſuę ductu permotus, Gubernationis noſtræ æquabilitatem cœperit agnoſcere, hic dignus inprimis illis viſus eſt, quem hoſtili odio perſequantur. Quinetiam ne hoc hominum genus improborum temporis diuturnitate poſſit extingui, quoddam quaſi Iuuentutis monopoliū exercuerunt, ſummæ indolis iuuenes aucupantes, & ad exteras ſcholas tranſmittentes, quô nobiliſſimæ familiæ ipſorum inficiantur veneno, & rebellionis fax atque progenies nobis infeſtiſſima perpetuò alatur. Porro ex acerrimis & acerbiſſimis diſſidiis, quæ non

ita

ita pridem inter Ieſuitas, illiſque adhærentes Sacerdotes ſeculares, cum aliis quoque ſecularibus presbyteris interceſſerunt, rationes offenſionum quas vtriuſq; ſectæ homines contra nos Regnumque noſtrũ conceperunt, diuerſæ emerſerunt: nimirũ, *Ieſuitas omnes cum ſociis ſuis coniuratis presbyteris ſecularibus, eo cogitationes ſuas omnes contuliſſe, vt principes exteros nõ modo ad occupandum Regnum noſtrum, verum etiam ad nos ipſos occidendum excitarent, reliquos vero ſeculares presbyteros a prioribus opinione magnopere distractos, non ſolum in aliorum propoſitum tanquam maxime execrandum & deteſtandum verbis ac ſcriptis ſuis libere fuiſſe inuectos, verumetiam non abnuiſſe ſancte profiteri, ſe ſemper paratiſſimos fore, qui rebellionis huiuſmodi coniurationes ac tumultus omnes, vel primi prodere velint, armiſque propulſare.*

Quapropter tametſi pro ea opinione quã de his concepimus, in diſcrimine aliquo exigendi ab iis deſtinatum ex lege ſupplicium, propenſiorem erga hos voluntatem noſtram volumus oſtendere: tamen hi quoque ita ſunt in nos animati, itáque ſe gerunt, vt (quamuis natura noſtra alioqui ad miſericordiæ occaſionẽ vel tenuiſſimã amplectendã promptiſſima ſemper fuerit) nunc exſpectatio clementiæ cũ regiminis noſtri dignitate, cũ vtilitate ſubditorũ, cũ Regni ſecuritate diuti⁹ cõſiſtere nõ poſſit. Cuiuis enim

manifeſtum eſt nimis hos Ieſuitarum factionibus quamuis plurimum aduerſantes, tamē in eadem animi obſtinatione conuenire. Namque prætextú conſcientiæ (illudendi genus longè periculoſiſſimum) ſubditorum animos ad ſe pellicere conati ſunt, & ad Papam, hoſtem nobis infeſtiſſimum pertrahere, vt hoc pacto partes aduerſariæ augeri & ſtabiliri, noſtræ verò conuelli atque labefactari poſſint: id quod cùm Regimini noſtro pernicioſum, tum ex legibus bene conſtitutæ Reip. minimè ferendum eſt: Cum præſertim hic hoſtis more Principis ſecularis in aperta acie vexillum ſuum iam aduerſus nos extulit, atque erexit, aſſiduè noua ſtratagemata & artes bellicas contra nos inſtruens atque adornans. Præterea ſatis aſſequi, aut mirari non poſſumus (niſi forte abundanti lenitatis noſtræ hoc contigit) quid tandem eos in eam impulit amentiam, vt ſubditis ferè omnibus, tam bonis, qui grauatè id ferunt, quam improbis, qui id ardenter & ſitienter exoptant, iam penè perſuaſerint, eo nos eſſe animo, vt vel vno in Regno religionis cultum duplicem facilè admittere velimus. Nouit autem Devs Opt. Max. qui cordis noſtri receſſus intimos perſcrutatur, & cui ſoli hanc gratiam acceptam referimus, nos in iſtam ſententiam nunquam deſcendiſſe, ne per ſomnium quidem, & ex iis qui nobis adfuerunt, neminem, propoſiti huiuſmodi vel tenuiſſimam

mam perſuaſionem nobis innuiſſe, qui mos ſi obtineat, pax Eccleſiæ & ſtatus noſtri dignitas labefactetur neceſſe eſt.

Deinde intelligimus (ex quo etiam magis emineat præceps eorum audacia) hanc eorũ de religionis ſuæ tolerantia ſpẽ, cum intolerabili licentia atque impudentia eſſe coniũctam. Nã vel in ſumma luce prodire in publicum cœperunt, incarceratos palã ſalutare, & (non ſine legum contẽptu maximo) religionis ſuæ munia exequi & ritus celebrare. His & aliis modis, nullo modo ferendis, irritare non deſinunt legum vigorem, qui (propter rationes iam expoſitas) aliquandiu quaſi cõſopitus iacuit. Cum potius (ſi vnquam) nunc maximè præſcribere ſibi modum debuiſſent, ſeduloq; præcauere, ne clementiã tam ſingularẽ, (quæ nunquam niſi neceſſario parêre ſeueritati potuit) ſua tam inſigni inſolentia repellerent.

Porro hoc, quod ad iſtos homines ingratos nimiũ, parumq; conſideratos conniuere quadãmodo videbamur, aliud quoque malũ inuexit: videlicet, homines alii rebus nouis proni, & opinionib⁹ ſuis addicti nimis, eò ꝓlapſi ſunt temeritatis, vt lenitatem noſtram libellis ſuis publicis vehementius exagitent, nobiſq; negligentiæ notam inurant, ac ſi ab ipſis ſolis religio ſuſtentata & propugnatã eſſet. Hi, quod innocentiam noſtram traducentes, piorum animos offendunt (qui

cum pontificiæ ſectæ inimiciſſimi, tum iſtorum petulcis ingeniis aduerſarii ſunt) certè non debent ferre impunè. Quinetiam vt Regni noſtri (cuius adminiſtrationis ratio omnis, Eccleſiaſtica & Politica ſenatus: quem *Parlamentum* dicimus: Conſultis & decretis communib. ſanciri & confirmari ſolet) ſcandalis, periculis, incommodis omnibus neceſſario occurratur: miniſtri & officiarii noſtri omnes, quibus Reip. cura concredita eſt, admonendi ſunt, quàm nobis vehementer diſplicuerit, quod tantum de officii ſui ſeueritate remiſerint, vt in apprehendendis pontificiis ſacerdotibus ex legibus ſibi imperatam diligentiã raro admodum præſtiterint. Nos igitur hæc noſtra monita atque imperata publicè promulgari volumus: in quibus *rogamus & iubemus Ieſuitas & cum eis coniunctos & conſociatos preſbyteros ſeculares omnes iam libertatem nactos, ex Dominiis & Territoriis noſtris, quam primum diſcedere, nec per importunam moram ſuam nos vehementius incendere velint, vt in ipſos ex rigore legis, ſcelera ſua vindicemus. Sacerdotes quoque alios Ieſuitarum impietatem nonnihil auerſantes, nunc in libertate conſtitutos, ante primum diem Ianuarii proximè ſubſequentis Regnis noſtris exulare mandamus.* Illos tantum excipimus, qui ante diem indictum, Conſiliariorum noſtrorum cuiquã, aut Cambrienſi vel Eboracenſi præſidi,

ſidi, aut Diœceſium Epiſcopis præſentes ſeſe exhibuerint,&agnoſcentes ſuum erga nos obſequium, ad noſtram ſe clementiam receperint: de quorum ſubmiſſione intra dies viginti, per præſides, & Epiſcopos vbi acceperimus, ita cum illis acturi ſumus, ac pietas & æquitas ipſa poſtulauerit.

Deinde Ieſuitis & ſacerdotibus Pontificiis aliis omnibus, tam ſecularibus, quam regularibus, ſiue in Regno ſiue extra Regnum nunc agentibus, interdicimus, ne quouis prætextu in Regnum reuertantur. Niſi Ieſuitæ & qui ſe illis addixerunt ſeculares Presbyteri ante dies triginta, reliqui verò ſeculares ſacerdotes à prioribus opinione diuulſi, ante primum diem menſis Februarii, poſtquam hoc Edictum denunciatum eſt, portum aliquem maritimum petierint, nauemque conſcenderint in regiones exteras traiecturi, tum illos illiſque ſubſidium vllum exhibentes, (vbi deprehenduntur) miniſtris noſtris pro legum noſtrarum ſummo iure, pœnis afficiendos eſſe permittimus: idque magiſtratibus omnibus, quibus Reipub. adminiſtratio demandata eſt, ex hoc noſtro Mandato ſignificamus. Quo etiam Regnum noſtrum ab huius peſtis contagione facilius liberari poſſit: hoc edicto Præſidibus noſtris, Vicepræſidibus, Commiſſariis, Iuſticiariis, Prætoribus, Vicecomitibus, Baliuis aliiſque cuiuſcunque ordinis Magiſtratibus omnib9 ſeuere pręcipim9, vt in ſuo quiſq; munere ex-

equendo curam omnem & diligentiam adhibeant, locos omnes ſedulò perueſtigent ac perſcrutentur (qui vel ex opinione ſua, vel per ſignificationem aliorũ ſuſpicionem vllã afferant) & Ieſuitas & ſeculares preſbyteros omnes apprehendant, & noſtris deniq; conſiliariis rationem reddant tandem, quam probè ſuo munere ſunt perfuncti, nec per negligentiam ſuam permittant, vt dum alios legum periculo liberare velint, ipſi inuoluantur.

Tertull. in Apologet. cap. 30. *Nos pro ſalute Reg. Maieſt. Deum inuocamus æternum, vt concedat ei vitam prolixam, regnum ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, orbem quietum.*

ELEGIA
IN PARRICIDAS,

Quâ Nobiliſſ. & Ampliſſ. Vir
IAC. AVGVSTVS THVANVS,
Conſiliarius Regius, & curiæ ſupremæ Pariſienſis Præſes, Poëmata ſua ſacra, omni immortalitate digniſſima, concludit.

Eam haud ab re viſum fuit hîc inſerere, ob ſingularem poëmatis elegantiam, & rei veritatem, vt IESVITÆ, ſi ſe nondum norunt, efformatam ſui effigiem, hîc tanquam in ſpeculo intueri poſſint. Nec eſt verò quod quemquam moretur iudicium clariſſimi LIPSII, qui Epiſt. 49. in *Centuriâ ad Germanos & Gallos*, vbi cenſet, hoc Carmen *D. Thuano* in calore natum, ideoque omitti potuiſſe. Nouimus enim quàm ille ſummus in literis vir ex quo Louanium Lugduno-Batauorum commigrauit, immutatus & quantus Ἰησυϊτοκόλαξ factus ſit. Alius certè erat, cum Orationem illam *De duplici concordia* ſcriberet ac recitaret. Sed tunc degener fortaſſis erat diſcipulus horum Patrum, qui nunc iterum γνήσιος.

RVRSVS ab immiti Furiæ bacchantur Auerno,
Vipereasque rotat torua Megæra comas:
Rurſus Trinacriis puer ablactatus in antris

Sacrilega ſtringit tela cruenta manu:
Notus & Eoo tantum Aſſaſinus in axe,
Prô pudor, in noſtro viſitur orbe frequens.
Scilicet has arteis nuper gens gnara nocendi
Exitio inuexit, Gallia, nata tuo,
Heſperiæ fuſcis gens emiſſaria ab oris,
Fucum affectata quæ grauitate tegit,
Nata magiſtratum conuellere, nata miniſtris
Subtrahere obſequium præſulibusq; ſuum:
Geryonæ quæ dum placeat faueatque trifauci
Terrarum reliquos non facit aſſis heros,
Et cælo facinus dignum putat, omnia ſæui
In regis longas tradere ſceptra manus.
Quæ diſciplinam morum, quæ Gallica venit
Exuto legum ſoluere iura metu,
Et vileis regnantum animas, ipſosq; necandos
Horrenda reges proditione docet,
Seruandamq; fidem negat, argutiſque cauillis
Detorquet magni iuſſa ſeuera Dei.
Sunt tamen. & cur ſunt? qui nunc quoq; crimi-
Obtendāt cauſam relligionis agi. (ne in iſto
Accuſentq; bonos vltro, excuſentque nocenteis,
Et patrocinio conſilioque iuuent.
Hos ne ſuperſtitio male ſanos excitet æſtus,
Quique atra vexat pectora bile furor,
An pietas ſimulata, mea nil quærere refert,
Damnandū in magnis cū ſit vtrumq; viris;
Quos magicis aureis claudentis cantib⁹ anguis
Eſſe inſtar cautos pagina ſacra iubet,
Candoremque ſimul mitis ſeruare columbæ,
Fallereque & falli grande putare nefas.

Nos

Nos patimur ſegnes, lentique ſedemus ad iram,
Et pietas ipſa relligione perit.
Si modo relligio eſt, alere intra viſcera tetram,
Quæ iam ſe corpus fundit in omne, luem:
Si modo relligio eſt, patriis ſine murmure ſulcis
Accipere hoſtili ſemina iacta manu.
Semina corrupti ſucci, lentique veneni,
Noxia doctrinæ ſemina peſtiferæ.
Concipit inde malum quippe incōſulta iuuentꝰ
Mox concepto alios inficit ipſa malo:
Iamque ferè totus ſacer ordo & Gallica pubes
Plebſque auido virus combibit ore nocens.
Iam turgent venæ, cor palpitat, ilia tendunt,
Nullaque pars toto corpore ſana manet.
Atq; vtinā nūquā tibi crus dux LOYOLA *ſectæ,*
Iciſſet læua miſſa ſagitta manu.
Gallia Cantabrico cum quōdam & Iberia bello
Pro patriis facerent prælia aperta focis.
Quam bello plus pace noces, & ad otia verſus
Crudeleis animum vertis ad inſidias.
Gallia & in media conſcripto milite regnas,
Diraque fraterno nomine bella geris.
Nempe tua à bello cunctorum fonte malorum
Secta ſata eſt: bellū hinc nunc & adulta ferit.
Aſpice Carrafam, placidæ qui tempora vitæ
Impendit ſtudiis, ſecta profana tuis:
Mox ſeptem impoſitas inſedit collibus arces,
Cornua terrificis intonuere minis.
Tympanaq; Italiam cōfeſtim audita per omnē,
Vrbis & ad portas Hannibal alter adeſt.
Noſque leues adeò, nos, credula pectora, Galli

Ad bellum infauſta ſollicitamur aue.
Protinus induciæ violantur patre Quiritum
Auctore, & Martis nuncius vrbe venit.
Pignora iam belli rutilant, micat igneus enſis,
Liuida adhuc ſtridens â Phlegethõtis aqua.
Hæc infelicis Gallis primordia belli,
Quod nox exitio noſtraque penè dedit.
Huc ergo huc animos, terra qui ſcripta tenetis:
Nunc velo amoto cernere vera licet.
Cauſa heic veſtra agitur, nã credite, veſtra po-
In vita Henrici *vertitur ecce ſalus. (tentis*
Ille quidem petitur, ſed per latus illius omnes
Credite vos reges, mens niſi læua, peti.
Nullus iam miſeris toto patet orbe receptus,
Præſentem oſtentant obuia cuncta necem.
Nil ſecurum vſquã eſt. ſtimulis furialibus act⁹
Percuſſor, quoquô vertitis ora, latet.
Nam quibus excubiis maieſtas regia poſthac,
Aut quo ſtipatu viuere tuta queat:
Si pueri diſcunt hìs vitam odiſſe magiſtris,
Extrema & mortis temnere ſupplicia?
Si tormenta pati poſſunt, nilque inde fateri,
Hâcque polum ſperant ſcandere poſſe viâ?
In vitam alterius nil non permittitur illi,
Cui propria eſt odio negligiturve ſalus?
Mentib⁹ hinc teneris gliſcit præpoſterus ardor,
Et cæcos iuuenes in ſcelus omne rapit.
Heu ſapimus ſero, ſapimus tamẽ, atque potenti
Eſſe Deo curæ Gallica ſceptra patet:
Qui nos admonitos, tacta tam leniter aure,
De propria memores eſſe ſalute iubet.

Vos Veneti vidit prudentia cana Senatus,
Vidit, & eſt noſtris reddita cauta malis:
Dum timidæ ſecreta his credere mẽtis ephebos
Vulpibus, atque animi pandere vota vetat:
Dumq; ſub his operã ſtudiis nauare magiſtris,
Et ferulæ prohibet ſuppoſuiſſe manum.
Vos quoque, quos cæli rector diademate cinxit,
Hoc ſapere exemplo diſcite, noxa prope eſt:
Nec temere errones in regna admittite veſtra,
Hoſtis ſi quis erit, præbeat hoſpitium.
Sentiet is præſtò damnum, rectèque monenti
Flebit, at heu ſero, non habuiſſe fidem.
Mitior infameis exercuit ira volucres,
Quas Phinei menſis incubuiſſe ferunt.
Nempe per hos factũ, diuinæ vt vocis apud nos
Eſſet vbique fames, eſſet vbique ſitis.
Quis Deus alipedes Arctoo ex axe gemellos
Miſit, & ætheria monſtra fugauit ope?
Fercula nunc nullo fœtentia ſumere tactu,
Nunc licet è puro fonte leuare ſitim.
Reddita libertas nunc priſtina, reddita regno
Maieſtas: ſacris nunc quoque conſtat honos.
Dicere nunc verum licet, atq; audire viciſſim,
Inque Dei templo nunc bona verba ſonant:
Nullaque mendaci ponet iam præmia linguæ,
Venaleisve animas ſtator Iberus emet.
Turba inimica vale, non exarſiſſe furore
Centauros tanto fabula priſca refert,
Marte Pelethoniis auſos confligere iniquo
Conuiuæ rapta coniuge Pirithoi:
Quos prius Alcides caſum indignatus amici

Lerneæ fixos grandine ſtrauit humi.
Quid loquor? Alcidæ eſt inflicta iniuria noſtro,
Nec tamen Alcidæ eſt vltio facta manu:
Nepe quod hic Graio generoſior Hercule Gall⁹,
Turba Ixionio peior vt iſta grege eſt:
Quæ gremio ſponſam conata reuellere noſtro
Sacra inter menſæ bella cruenta mouet,
Monſtrorũq; dolo domitorem aggreſſa nefando
Nunc paſſim noſtro crimine monſtra facit.
Non mihi vaticino pectus quod turgeat œſtro
Glorior, aut intus numen habere puto:
Sed ſi præſaga non me prudentia mentis
Decipit, hæc alios deinde pericla manent.
Tuq; adeò noſtris nimis heu conterminus oris,
Grande domi fratrum qui miſer agmen alis:
Si ſapis a magno tibi miſſa hæc Rege putato
Præſidia, haut arces vi ſubitura tuas:
Sed quæ compedibus mentes animoſq; tuorum,
Et duris ſtringant nexibus ingenia.
Cum volet ille per hos te finibus exiget hoſteis,
Mutatoque procul coget abire ſolo.
Et niſi ſponte feras, nigrum damnabit ad Orcũ:
Namque etiam in ſtygios iushabet ille lacus.
Tuquoq; Vindelicos, qui, Gallica nomina, Boios,
Qui trans Danubium Norica regna tenes,
Quoq; iuues Patres, veſtem queis Fibula nectit,
Effundis totas luxurioſius opes:
Sumptibus immodicis accepta vt damna dole-
In gentem ingratam qui periere, nepos: (bit,
Bello internecino cum dulcia pacis auitæ
Otia mutabit ſeditioſa cohors,

Et tua

Et tua regna dabit placito rapienda tyranno,
Quippe ſibi id proprio iure licere putat.
Quin procul ad fuſcos gens dira remittitur In-
Illic mira canunt edere facta Patres. (dos?
Illic relligio per ſola ſilentia creſcit,
Nec res verbo agitur, iuſſit vt ille, DEI,
Conſita ſed granis in ſacra roſaria ramos
Fundit, & in ramis muta ſigilla gerit.
His, quib. inter nos perit artibus incipit illic
Relligio, in cunis mox peritura ſuis:
Et noua cuncta placent, quoniam nouus orbis &
Ex priſca ſupereſt & pietate nihil. (ille eſt,
At procul Harpyæ hinc, procul hinc Ixione nati
Semiferi, grauidæ nubis inane genus.
Eſte noui procul hinc hominum deliria cultus,
Et quæ ſponte ſibi numina quiſq; facit.
Gallia (nam decorat Gallos hac laude vetuſtas)
Non alit in gremio talia monſtra ſuo.
Nos iuuat antiquo vitam producere ritu,
Nos iuuat in priſca ſimplicitate mori.

His verſibus, reuera aureis, puriſſimum illud Epigramma, quod quidam eximius poëta in comparationem IHESV & IHESVITARVM hiſtorica planè fide luſit, quod cum doctis ſcirem non ingratum fore, hîc etiam inſerere volui. id autem eſt huiuſmodi:

Presbyteri, à ſocio geritis qui nomina IHESV,
Diſpeream ſi vos IHESVS *amare poteſt,*

Humano generi fons & dator ille ſalutis,
Vos contra innocuis omnibus exitio.
Cauponantũ agmen flagris Templo expulit ille,
Et dixit: Precibus eſt ſacer ille locus.
Templa dicata DEO *per vos* SPELVNCA LATRONVM,
Per vos facta DEI *eſt, magna taberna, domus.*
Fraternum paſſim Lex Chriſti inculcat amorẽ:
Exulat à veſtris quàm procul ille choris.
Non Vſtor Chriſtus, non Sector: vos dare flãmis
Corpora, vos Chriſti membra ſecare iuuat.
Plebem iuſſa Patrum, natos ſeruare parentum
Exemplis Chriſti nos monet ordo ſuis:
Contra in honore Magiſtratus, vel habere parentes,
IgnatI patris vos documenta vetant.
IgnatI, in cuius iuratos verba Magiſtri
Spernere vos homines hinc iuuat, inde Deũ.
IgnatI, cui dote viros fraudare, parentes
Prole ſua, voti ſumma caputque fuit.
Quisquis obit, vobis cedant Legata neceſſe eſt,
Nec refert, orbus, an pater ille cluat:
Exhæredantur nati quoq; quam procul abſunt
A IHESV *hæc? Hæres nullius ille fuit.*
Vos cenſu patrio dites ſpoliatis alumnos:
Reſtitui dominis res iubet ille ſuis.
Diſcipulos ſine re paucos ſibi iunxit IHESVS:
Cœtibus in veſtris pauper vbique iacet.
Nil habuit Chriſtus, vos omnia: nulla ſupellex,
Nulla domus Chriſto, culcita nulla fuit:
Vos vrbem veſtris domibus completis, & orbem
Suffulti plumâ verſicolore caput.

Vos vncti capitis Tonſura coronat, IHESVS
Nulla niſi è ſpinis plexa corona fuit.
Perſonæ fuciq; expers agitauit IHESVS,
Ore nihil veſtro pictius eſſe poteſt.
Vobis larga caui ſpirant mendacia folles:
At Chriſtus doctus nonniſi vera loqui.
Plurima ſunt Chriſti miracula, qualia narrāt
Nulla domi à vobis edita, multa foris.
Orbe procul noſtro: credat Maranus Apella;
Non ego; & Autores ſit penes iſta fides.
Fibula cū Chriſto nil conuenit, omnia pugnant.
Quid confine Polo ſcilicet Orcus habet?
Aut vobis IHESVS? *quos vſu inſtructa magiſtro*
Natura haud Agnos, ſed probat eſſe Lupos.

LOCVSTA, SIVE IESVITA.

Vix ipſe é terris ſuperas ſublimis in auras
Ceſſerat, exuuiis poſitis mortalibus infra
Chriſtus, vt hæredem cæli ſe nomine noſtro
Offerret Patri, dexterque ſederet, & inde
Imperium gentes latè ſtabiliret in omnes:
Satan hęredem inſtituit Antichriſtum. *Cum Satan contra proprium ſibi condere regnũ*
Cœpit, & hæredem natum, quem fortè crearat,
Inſtituit regni. cuius ventura poteſtas
Cuncta metu, populos olim turbaret & aſtu.
Antichriſti nutrices & miniſtri. *Nutrices puero geminas accerſit alendo*
Hypocriſin lætam fucis vnáque ſororem
Eius auaritiam, vili quæ ſordida cultu
Celat opes, ſemperq́ inopem ſe nomine dicit,
Altera ſe vulgo facili commendat ab arte,
Sponte ſalutatrix, hominũ ſponte obuia turpis,
Ficto oculos, ficto vſq́ genas ſuffuſa pudore.
Clerus Romanus. *Prima ſub his ætas poſtquam trãſacta magiſtris,*
Progreſſusq́ patri iuſtus pro tẽpore viſus,
Tum puero ſeruos comites adſcribit adulto,
Ad nutũ qui ſtent humiles, qui iuſſa capeſſant,
Qui plauſu ſuper aſtra vehant regeq́ ſalutent.
Horum ope, cũ paucis annis foret aucta poteſtas,
Tum certare odiis, tum regum inuadere fines
Cœpit,

Cœpit, & inſolitum populis indicere morem. Monachi.
Ergo videns & opus peioribus eſſe miniſtris
Monſtrorum turmas Stygiis emiſit ab antris
Arbiter vmbrarum Satan, quæ nare per altũ
Quæ reptare ſolo ſparſim, quæ viſa gregatim,
Nuncq; aluo, & pedib. nunc verſicolorib. alis:
Atri habitus cunctis, atris ſunt ora figuris.
Aſpectu tremuere vrbes, caligine cælum
Liuenti obſtupuit, pauidis quoq; fœdus abortus
Matribus, & mundo facies erepta ſereni eſt,
Nec certam deinceps viderunt ſecula lucem.
His pauidæ gẽtes monſtris regẽ vndiq; cinctũ
Numen adorarunt ceu quoddã, & voce bearũt:
Necquisquã eſt auſus tantæ ſe opponere turbæ,
Grunnitu quæ mixta ſuum, quæ mixta leonum
Murmure erat, nec non vlulantũ triſte luporũ
Donec tempeſtas affulſit clara repente Euangelii
Cælitus, & tenui diſcuſſit nubila flatu: reſtauratio,
Tunc oculis hominũ patuerunt mõſtra, nec vll⁹ Monacho-
Hæc vltra, potuit cæli ludibria ferre. rum expul-
Quisque ſpuit, lapideſque manu, ferrumq; ca- ſio.
Ite procul portenta ſoli, procul ite pphanæ (peſsẽs,
Ingluuies, vos, inquit, opes inopeſque voraſtis:
Sparſiſtis fœdam vos gẽtium vbique mephitin:
Nam nec adulterii puduit, nec sãguinis vnquã.
Non ſecus ac bicolor Phario monſtrata theatro
Camelus ſputum populo conſciuit & iram:
Auertens dirum quiſque a ſe depulit omen
Principio, mox voce feram ſaxiſque petiuit:
Sic monſtra hæc gentes, paſſim iam luce recepta,
Exoſæ auerruncarunt: mox impete facto

Vlterius paſſa non ſunt animabus abuti.
Ergo faceſſerunt, morſu licet illa tenaci
Rebus inhærerent, nollentq́, abſiſtere morſu,
Semeſasque dapes, & onuſtas linquere menſas.

Monachis expulſis ſufficiuntur locuſtæ.

Vidit vt eſſe locum Satan nō amplius vllum
Monſtris iam notis, nimioq́, abdomine tardis
Vnus adhuc, inquit, nobis eſt armiger, iſque
Cum motu leuior, ſpecie tum gratior illis,
Locuſta extremos olim ſeruatus in vſus:
Hunc ego ſufficiam tantis pro talibus vnum
Suppetias natō: pugnas non ille videbit
Inſcius, ecquis enim noſtro ſic puluere tritus?
Dixerat, & nigri ſedes commouit Auerni,

Locuſtę deſcriptio, ex 9. cap. Apocalyp.

Et ſimul obſcuro glomerauit vortice fumum,
Locuſtamque in eo ſuperas eiecit in auras,
Ignotum ſpecie monſtrum mortalibus ægris.
Olli vultus ineſt hominis, facieſque videri
Non inamœna potis, tortis vmbrata capillis
Fœmineum in morem; vari⁹ quā deſuper ornat
Mundus, & ipſa duplex gemmis, auroq́, corona,
Maxilla igne furens, ac dentibus hirta leonum
Ora tenet, ſed labra tegunt latiſſima dentes.
A tergo caudam, ſeu ſcorpius ater acutam
Oſtentat, quæ tincta dolo, quæ tincta veneno,
Incautos miſerè ſtygias amandat ad vndas:
Turpe pedes graciles, longa ſed veſte teguntur:
Aluus vaſta patens, in quam patrimonia tota
Inderet, & nunquam latebras impleret inanes.
Primus vt hic ergo vitales reperit auras,
Seque videt, moreſque ſuos Locuſta probari,
Arceſſit ſocios, ſociorum protinus agmen

Ad-

Aduolat,inq; modum ſe dirigit ordo phalangis,
Omnib. inſtrepitant humeris thoraces aheni,
Omnibus exultant fibræ,dat buccina ſignum,
Illi commotis vtrinque furentibus alis
Corripuere ſimul ſpatium nimbisque feruntur
Effuſis ſimiles, ſonitum dedere per auras,
Qualem præcipites bello cum ſæpe quadrigæ
Perq; hoſtes, perq; arma ruũt & funera miſcẽt.
Quis paucis numeret,paucisquot mẽſib.oras
Ambierint, & quæ paſſim ſint ſtrage vagati?
Nam Romæ primum, fatis quæ debita ſedes, Locuſtæ vbi primum viſæ.
Cum magna regem circa ſe mole locaſſent,
Exonerauerunt varios, hinc inde colonos,
Qui vitas alibi quauis mercede mereri
Atq; aliquas ad ſe poſſent auertere prædas:
Dum miſeri fluitant curas has inter & æſtus,
Ecce tibi optatam votis ſors attulit horam.
Luſitaniacis forſan regnabat in oris Primum Eman. Luſitaniæ regi ſeruiunt.
Emanuël, idemq; plagam quæ vergit ad Indũ,
Quam totam aut aſtu,totãve ſubegerat armis,
Nec iam vafritie poterat, nec marte tueri:
Anxius ergo modi rebus qui dexter agendis,
Eſſet ad effrænes populos ditione tenendum,
Terrendos demum pietatis imagine duxit.
Hæc vbi ſediſſet penitus ſententia menti,
Quosq; rei huic poſſet dignos adhibere miniſtros,
Quærenti Locuſta ſuam regi obtulit vltrò
Militiam,gentemq; animis in vtrumq; paratã,
Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti,
Rex velut Hermæo quodam lætatus amicè
Suſcipit, & terris extemplò immittit Eois

Huc vbi caliuagæ ſunt remige & alite plantæ
Allapſæ volucres, magno gens ilicet omnis
Viſendi ſtudio circum ſeſe vndique fudit.

Locuſtæ ad Indos, vbi mirum in modum geſticulantur.

Locuſtæ in numerũ miros tunc edere motus,
Nunc crebri pulſare ſolum, nunc corpus in altũ
Subiicere, aut pedibus ſurſum ſe tollere verſis:
Nunc vno ſtantes alio pede ducere gyrum,
Nunc capite pronos iacto, nunc ſemiſupino
Alternare vices, miſeraq; illudere turbæ.
Quod gen⁹ hoc (clamãt omnes) hominũne deũ-
Maſcula cui facies? pexiq; a vertice crines (ne,
Fœminei, cui tanta pedum, cui duplicis alæ
Mobilitas, ac illa genis pellacia ridet?

Locuſtæ Indis theatricam miſſam exhibent.

Locuſta vt turbam circũ ſe aſpexit hiantem,
Ingeminemus, ait, cupidæ ſpectacula turbæ:
Indutusq; nouos habitus accedit ad aram
Deſuper inſtructam faculis, & pegmate multo,
Pulſabant pueri crepitantia cymbala circum,

Confiteor.

Dum cuncti genibus flexis, linguisq; fauerent,
Hoc vbi, tum ſtomacho crebros effundere flatus,
Tum glomerare ſonos, & tundere pectora palmis

Kyrie eleiſon.

Incipit, atq; vnam decies iterare camœnam.

Conuerſio ad populũ.

Iſta probarentur populo præludia nec ne
Locuſta addubitans, toto ſe corpore vertit,
Sicut agens aliud, tacitéque tuentibus hirquis
Vultus cunctorum indeprenſus & ora notauit
Mox arã repetens ceu luderet hiſtrio bacchas
Bacchantes, ſeſe exagitat miſerabile viſu,
Nunc curuis humeris, nunc & ceruice ſupina,
Nunc vno aſpectans oculo, nunc captus vtroq;,
Nunc ſolus pugnans ſibi ſecũ, alternaq; iactans

Bra-

Brachia, nunc vanis irritans ictibus auras.
His intemperiis poſtquam defeſſus agendis,
Soluitur in ſomnos, placidaq; in pace quietus, Memento.
Noctiuagas per inane ſibi captare volucres
Viſus, & vmbrarum voces audire loquentum:
Expergefactus populum clamore ſalutat:
Ohe, eho, clarum lambit iam manè feneſtras,
Et nos impranſi tamdudum ſtamus, amici?
Affer aquã puer, & fungos emunge cadentes Lauabo.
Et faculis; tum ponè nates a veſte renuda
Aſſiſtens, nolamq; manu quate creber ahenã. Eleuatio corporis Domini.
Interea ex alba cruſtum non grande farina
Ipſe ſubaptatum gemino ſub pollice preſſit,
Deſuper & madidos halauit ab ore ſuſurros:
Nec mora, fertur humi præceps, mox impete ni-
Surgit humi, foliũq; nitens à vertice tollit:(xus
Tũ calicem vino plenũ, quem deinde propinet Indi admirantur mi-
Spectabant populi aram: ſimul ore fremebant, micas Ieſui-
Quæ nouitas? ille in digitos arrectus, & ipſos tarum Ce-
Altus in articulos, leue cruſtũ in fruſta ſecauit: remonias.
Tum linguam pingui cum terq; quaterq; palato
Verſaſſet, ſummam operuit, lambensq; iacentes
Attraxit partes, quas deficiente ſaliua
Non potis à ſummis detrudere faucibus, ori
Admouit pateram, ſorbillandoque pitiſſans
Et vinũ & madidas micas ſimul impiger hauſit.
Tum Cereri matri grates, patrique Lyæo
Lætus agens, vtrique ſuas pro munere veſtro Ite, miſſa
Occinit, hinc iuſſo multum ſaluere theatro eſt.
Conuaſat gnauus, breuiterq; recolligit omnes
Sarcinulas inibi, populumq; relinquit hiantem.

Stupor Indorum. *Herbea ſtat cunctis acies ſtupor omnibus vnus*
Ceu ſtatuis verſis in ſaxum Gorgone viſa:
Aquę benedictæ aſperſio. *Nec fors amoueant ſeſe, niſi deſuper imbrem*
Irroret Locuſta ſacrum; atq; aſpergine quadã,
Quã ſale, quã nigris ſimul eſt medicatus Epo-
Excitet attonitos ſenſus, vitãq; refundat. (dis,
O quis pro meritis ſatis hæc miracula laudet,
Locuſtaq; ſuos digne moduletur honores?
Qui vocat â ſtigiis animas, quiq; admonet vm-
Cũ libet, & ſens⁹ hominũ de pectore vellit. (bris
Tantis exultans victor Locuſta triumphis
Huc miſit, qui flante tuba, lituoque ſonarent,
Seque modis ferrent cunctis ad ſidera cæli.
Fama iit, & turba locuſtas pone ſecuta
Extremas voluere manu contingere veſtes,
Muneraq; ante pedes paſſim ſunt iactavolantũ.
Viſendi ſtudio iuuenes per compita fuſi
Oſculaq; ad genua plauſũq; dedere frequentes:
Locuſtæ, ex oculis quotquot potuere parentum
Eripere hauſerunt viuos, viuoſq; viciſſim
Eiecêre retro ſociorum in guttur hiantum,
Cernere neu quiſquam, neu furtum auertere
Amiſſis natis patres fudere querelas (poſſet.
Exanimes, & dulce ſuæ fleuere ſenectæ
Præſidium, indigniſq; modis ſua pignora rapta
Atque aliquis mœrore graui ſic percitus infit,
Sacrilegæ volucres, tenebrarum orciq; propago,
Quæ vos tempeſtas ventorum his attulit oris?
Quæ vos, hos pueros penuria adegit edendi,
Viuâque ieiunas in corpora vertere malas?
Hoc pudor, hoc ſancti reuerẽtia ſuadet & æqui?

Et quod inhumanis nomen prætexitis auſis?
Ite malæ peſſum ite feræ, quibus omnibus ars eſt
Aucupium, & rerũ nunquam ſatiabilis aluus.
Concuſſere caput, facilemq́; dedere cachinnum,
Locuſtæ, inq́; alias conuerſi lumina prædas,
Omnigenam ad ſeſe turbam traxere loquendo,
Permixtas ſenibus vetulas, puerisque puellas:
Atq́; hos nunc medio, nũc has examine ſeorſim
Locuſtæ abducunt & ſingula crimina diſcunt.
Theſaurosque & opes ima tellure repoſtas,
Tum ſic: tune ſenex gelidæ iam proximus vrnæ
Diuitiis vadas aiunt, tot ſolus onuſtus?
Tunc puer nulla tactus dulcedine laudum
Ad cineres, primos agites inglorius annos,
Nec quicquam tentes, dum flos eſt integer æui
Quod ſerum meminiſſe iuuet:
Quin tu ſumme ſenex, rerũ eſt quæcunq́; tuarũ
His humeris impone libens, nos exoneratum
Ad ſuperos facili ſiſtemus tramite: tuque
Chare puer nobiſcum aliquid ductoribus aude.
Ecce tibi hi chartas, argenti pondus & auri
Protin⁹ apportant, plauſtris dona alta vehũtur,
Dona, ſed aurigaſq́; ipſos, atq́; ipſa locuſtæ
Plauſtra vorãt, ſtomachoq́; ſtrues nõ officit hilũ.
Protinus & iuuenũ pubes ſimul affluit ingens,
Locuſtarum ante ora animis opibusq́; parata
In quaſcunq́; velint ipſi deducere terras
Accipiunt paſſis vlnis, & brachia collo
Circumfuſa tenent: ſimul ô ſaluete ſalute,
O iuuenes, vobis ſimili ſi, quicquid acerbũ eſt
Nobiſcum ſtat ſorte pati, ſi quicquid amœnum,

Aſſuite has humeris alas, hanc rite comantem
Cæſariem capiti:membris hanc omnib.aptam
Loricam, atq; ipſis adeo gracileſcite ſuris,
Scorpigenis demum caudas armate venenis.
Hoc dicto, tranare vias, atq; agmine ferri,
Incipiunt acuuntq; metum mortalibus ægris.
Fit via vi:inuoluunt ſyluas,armenta viroſque,
Ac latè vaſtant hominumq; boumq; labores,
Nec tamen aut afflare luem pubentibus herbis
Interior quas ſuccus alit,conceſſa poteſtas,
Aut violare manu ſuperi quos virgula patris
Cõtigerat,numeroq; ſibi ſignarat ab omni(rarũ
Quod reliquũ gen⁹ omne hominũ.gen⁹ omne ſe-
Omnigenis vexare modis,& ſternere Letho.
Sed quãuis metas rerũ,nec tempora ponant
Vlla ſibi,regnumq; mari, terraq; peteſſant:
Quinq; tamen tantum graſſati menſibus anni,
Aprili à tenero Septembris ad vſq; calendas
Deficient, nec erunt terris ſuper amplius vlli:
Scilicet horrentis quando angelus ater abyſſi,
Perditione aſtuq; potens, cui nomen Abaddon
Corruet, & mundi ſecum trahet ipſe ruinam.
O illi properate dies, ô tempora tardas
Præcipitate moras! O mi pars vltima vitæ
Tam longè ſuperet,dum te de nubibus altis
Labentem in terras videam : te ſecla paueſcant
Impia, Chriſte potens & tu flammatus ab ira
Obſcœnas volucres ferroque ſequaris & igni:
Subq; triumphantis pedib.gemet impius hoſtis.
Tempora iam nobis nimiũ nimis illa morantur:
Chriſte veni,vindexq; tui tu nominis eſto. Amẽ.

RE-

RESPONSVM A CHRI-ſtianiſſimo Franciæ Rege HENRICO IV. *Ieſuitis* datum, Anno Chriſti, M D C I.

PErlegi ego, Sacerdotales, *Apologiã* veſtrã, ſatis verboſam, ac diligenter mecum perpendi omnia, quæ ſatis ſcitè innocentiæ veſtræ gratia collegiſtis. Quia verò negotium arduum eſt, nec res diiudicatæ temerè reſcindendæ, breuiter, & vt regem decet, quid faciendum ſtatuam, exponam. Totus iam in hoc ſum, vt regnum meum bellis ciuilib. attritũ & virib. opibusq, exhauſtum, recens cũ Hiſpano pace inita priſtino nitori reſtituam, legib. firmẽ, humanitate recreem. Id quando alia ratione fieri nõ poteſt, niſi vt æquali iure & beneuolentia *Catholicos* & *Huguenotas* appellatos complectar, tùm in Eccleſiaſticis tum̃ in politicis: accuratè mihi de vobis reuocandis cogitandum eſſe video. Noui ego vos viros doctos & diſcitos; noui zelo Catholicæ & Rom. doctrinæ inflãmatos; noui vos acerrimo Huguenotarũ flagrare odio: noui vos sãctorũ reliquias, cereos diuini Agni orbiculos, Deiparę Virginis numiſmata, roſaria, vel aliud quidpiam à Pontifice cõſecratũ, deuotè venerari; quæ Huguenotę vt ridicula aſpernantur, vt Idololatrica exſecrantur. Metuo igitur, ne vehemẽtia, qua in cõcionando vti ſoletis, & cõ-

demnationum, quas ſcribendo iteratis, acerbitate, multorum animos, nunc prorſus pacatos, denuò irritetis, atque ita etiam imprudentes turbarum auctores ſitis. Iam, res vt ſunt humanæ, ſqui aliqua occaſione fieri poſſet (quod tamen nolim) vt bellũ inter me & Hiſpanum incrudeſcat. Quid tum animi mihi futurum ſit, malim vos cogitare, quam me dicere. Qùid autem ante quadriennium admiſſum fuerit, Regium non eſt, vel vobis vel aliis obiectare. Sententiam igitur ſemel latam non muto. Vos, ſi verè Galli eſtis, magis totius Regni tranquillitati, quã veſtræ vtilitati conſulatis. Dixi, quæ volui. Abite & valete.

Copey eines ſchreibens / ſo der Hochlöbliche Chriſtliche Keiſer MAXIMILIANVS II. mit eignen Handen dem Lazaro von Schwendi gethan / lanienam Pariſienſem vnnd die Niderländiſche Auffruhr betreffendt.

Lieber von Schwendi / Ich hab ewer Schreiben wol empfangen vnd vernommen / neme auch ewr Chriſtlich trewhertzig mitleiden ſo jr mit meiner

meiner Schwacheit traget / zuſonderm danck an. Der Ewige Gott / in deſſen Hand alle ding ſtehen / der mache es mit mir nach ſeinem Göttlichen willen / dann ich jhme vmb alles lob vnnd danck ſage / dann er am beſten weiß was mir nutz vnd ſchädlich / vnd ich mit ſeinem Göttlichen willen gedultig vnd nu gar wol zu friden bin: dann es leyder auff dieſer Welt der maſſen zugehet / daß einer darbey wenig luſt vnd ruhe hat / aber Widerwertigkeit / Vntrew / vnerbarkeit iſt vberall vollauff. Der Herr wolle ſich vnſer erbarmen / vnd ſolches Vbel von ſeiner Chriſtenheit abwenden: Ja es were nit ein wunder / daß einer bey dieſem Weſen gar blitzblaw vnd toll würde / dauon vil zuſchreiben were. Mit meiner Schwacheit ſchickts ſich / Gott lob / fein gemach zur beſſerung / wie ich auch ſchon anhebe widerumb an einem ſtecken zugehen / der Herr ſey gelobt vmb alles was er macht.

So viel die redliche That / ſo die Frantzoſen mit dem Admiral vnd den ſeinigen Tyranniſcher weiß erzeigt haben: Die kan ich gar nicht loben / vnd habe es mit hertz-

lichẽ leid vernom̃en/ daß ſich meiner Tochter man zu einem ſolchen ſchändtlichen Blutbad hat bereden laſſen:doch weiß ich ſovil/daß mehr andere Leut / alß er ſelber regieren. Aber nichts deſtoweniger leſt es ſich damit nit beſchönigẽ/iſt auch darmit nit außgericht. Wolte Gott er hette mich zu rath gefragt/ wolte jm treulich/alß ein Vatter geraten habẽ/ deñ er diſes gewißlich nim̃ermehr mit meinem Rhat getan hette. Er hat jhme hie durch einen ſolchen Flecken angehenckt/den er nicht leichtlich ablegẽ wird. Gott verzeihe es denẽ/ ſo daran ſchuldig. Dann ich höchlich beſorge/ daß ſie es erſt mit der Zeit erfaren werden/ was ſie guttes damit gewircket werden haben. Vnd iſt in der warheit nit anders/ alß wie jhr vernunfftlich ſchreibet / Daß
» Religions ſachen/ nit mit dem Schwert
» wöllen gerichtet vñ gehandelt werdẽ/ kein
» erbarer Gottsförchtiger vnd fridlibender wirdt es auch anders ſagen. Zu dẽ ſo hat vns Chriſtus vnd ſeine Apoſtel/vil ein anders gelernet. Dann jhr Schwert iſt die Zungenlehr/ Gottes wort vnnd Chriſtlicher wandel geweſt / auch jhr leben vns

dahin

dahin reitzen ſolle / wie ſie / vnd ſo weit ſie Chriſto nachgefolget/jnen nachzufolgen.

Zu dem ſo ſolten die tollen Leut nunmehr billig in ſo vil Jaren geſehen vñ erfahren haben/daß es mit den Tyrañiſchē Köpffen vñ breñē ſich nit wil thun laſſen: in sum̃a mir gefellt es gar nit / vnd werde es auch nim̃ermehr lobē/ es were dañ daß Gott vber mich verhengt/daß ich toll vnd vnſinnig würde: darfür ich aber treulich bitten will. Ja ich kan euch nit verhalten daß etliche vnuerſchembte/vnd verlogene Buben ſeyn / die da haben dörffen ſagen/ Was d'Frantzoß in diſem fall getan hette/ das were nit allein mit meinem vorwiſſen/ ſondern auch Rath beſchehen/daran thut man mir/Gott weiß/für jme vnd d'Welt vnrecht. Aber ich habe der vnbillichen vnd vñwarhafftigen boſſen wol mehr ſchluckē müſſen. Ich befehle es aber alles meinem lieben Gott: der wirdt das vnbillig zu ſeiner zeit wiſſen zuwenden vnd zuſtraffen.

Was aber das Niderländiſch werck betrifft/daß kan ich gleich ſo wenig loben/ daß ma jm zuvil getan hat. Entgegē weiß ich wol/wie offt vnd was ich dē König zu

Hiſpanien geſchriben vnd gerathen habe. Aber in ſumma der Spaniſche Rath iſt vil angenemer geweſt alß mein trewhertziger Rhat/vnd müſſen jetz ſelbſten bekennen/daß ſie geirret haben/vnd dieſen Vnrhat ſelbſten am meiſten geurſachet: Ich hette es gern gut geſehen/vnnd daß dieſe Edle Land nicht ſo jämmerlich weren verderbet worden. Vñ vnangeſehen daß man mir nit folgen hat wollen/vnnd ich billich ſcheu ſein ſolte zu rhaten/ſo vnterlaſſe ichs dannoch nicht/vnd thue treulich das meinige. Gott wölle/daß es wircke vnd nutz ſchaffe/vnnd daß man einmal auffhöre/vnd gnug in dem vergangenen habe. Es were vil von deme vnd andern zuſchreiben. In ſumma/Spania vnd Franckreich machen wie ſie es wollen/ſo werden ſie es gegen Gott dem gerechten Richter müſſen verantworten. Ich will/ob Gott will/für mein Perſon/Erbar/Chriſtlich/treulich vnd auffrichtig handeln: hoffe gentzlich/Gott werde mir ſeinen Segen darzu verleihen/damit ich mein thun vnd willen/gegen Gott vnd der Welt könne verantworten: vnd wann

Ich das thue / ſo bekůmmere ich mich vmb dieſe böſe vnd heiloſe Welt gar nichts.

Ich habe gleichwol verhofft / etwas zeitlicher in das Königreich Beheim zukommen. Dieweil ich aber noch nit gar zum beſten auff bin / ſo wöllens mir die Doctores keines weges nicht rhaten / daß ich mich bey dieſer ſtarcken kälte hinauß begeben ſoll. Darumb ſo hab einen Land-Tag zuhalten / nit lenger einſtellen können: Vnd da nichts anders entzwiſchen einfelt / meine zwen älteſte Söhne darzu zuverordnet / jedöch da Gott gnad gibt / vnd der Sommer herzu ſtreichen wirdt / will ich auch nicht auſſenbleiben. Dann ſonſt das weſen bey dieſem Regiment nit beſtehen könt / vnd es erfordert der Cron / vnd mein eigene notturfft. Dann ich wol ſihe / wie man hauſet / vnd wie es zugehet.

Damit ſeyt Gott befohlen / der wölle alle ſachen / nach ſeinem Göttlichen willen / der Chriſtenheit vnd vns allen zum beſten ſchicken. Geben zu Wien den 22. Febr. Anno 1574.

MAXIMILIANVS.

EPISTOLA QVAM LAVdatiſſimus & religioſiſſimus Imperator MAXIMILIANVS II. propria manu ſcripſit ad Lazarum à Schwendi, ſuper laniena Pariſienſi & Belgica ſeditione.

Ilecte Schwendi, rectè accepi & cognoui literas tuas, & Chriſtianam ac fidelem cõdolentiam tuã, qua affici te oſtendis erga meum morbum, gratam habeo cumprimis. Æternus Deus, cuius in manu ſunt omnia, agat mecum pro ſua paterna voluntate. Ipſi enim pro omnibus ago gratias, vt qui vnus omnium optimè nouit, quid mihi vtile ac ſalutare, quid verò damnoſum ſit: Egoque in ipſius voluntate diuina patienter & optime acquieſco. Nam ita eunt res in hoc mundo, vt in illis parum aliquis experiatur voluptatis aut quietis. Aduerſitatum verò, & perfidiæ, & inhoneſtatum actionum vbique plena ſunt omnia. Dominus miſereri noſtri, & hæc mala à Chriſtianitate ſua auertere dignetur. Neque ſane mirum eſſet, ſi quis hoc rerum ſtatu plane ad ſtuporem atque inſaniam redigeretur: qua de re multa ſcribi poſſent. Ego paulatim Dei benignitate conualeſco: iamque adeo

deo incipio greſſus ſcipione firmare. Laudandus Deus in omnibus ſuis operibus.

Quod attinet ad præclarum illud facinus, quod Galli in Amiralio eiusque ſociis tyrannicè perpetrarunt: equidem id minimè probare poſſum: magnoque cum dolore animi intellexi, Generum meum ſibi perſuaderi paſſum eſſe, tam fœdam lanjenam. Quamquam ſcio, magis alios imperare quam ipſum. Attamen hoc ad excuſationem facti non ſufficit: neque hoc ſatis eſt palliando ſceleri. Vtinam me adhibuiſſet in conſilium! Equidem ei fidele & paternum conſiliũ dediſſem. Nunquam enim hæc talia me auctore feciſſet. Tantam ſibi ipſi hoc facinore aſperſit maculam, quantam non facile eluerit aut abſterſerit.

Ignoſcat Deus illis, qui culpam huius rei ſuſtinent. Vehementer enim metuo, ne progreſſu temporis demum ſentiant, quid hac viâ profecerint. Ac reuera ſic eſt, vt tute prudenter ſcribis: *Reſpietatis gladio non volunt diiudicari, neque tractari: Neque aliter ſentiet quiſquam, in quo aliquid eſt pietatis & honeſtatis, vllumve pacis & tranquillitatis ſtudium reliquum.* Ad hæc, longè aliud nos docuerunt Chriſtus & Apoſtoli eius. Nam ipſorum gladius erat lingua, doctrina, verbum Dei & vita Christo digna. Ipſorumque mores inuitare nos debent atq;

Attendite Ieſuitę, quique hos Patres in conſilio habetis.

„ allicere, vt eos ſequamur, quemadmodum „ & quouſque ipſi Chriſtum ſequuti ſunt. Taceo, quod inſanum illud genus hominum oportebat in tot annis iam vidiſſe atque expertum eſſe ipſis rerum argumentis & euentu ipſo, ſuppliciorum crudelitate, ſectionibus inquam, & vſtionibus, non poſſe hanc rem confici. Breuiter, Ipſorum actiones mihi minimè placent, nec vnquam adducar vt eas laudem: niſi fortè (quod tamen ſeriò deprecabor ne fiat) Deus permittat, vt in furorem & inſaniam prolabar. Imò non poſſum apud te diſſimulare, repertos eſſe nonnullos impudentes & mendaces nebulones, qui dicere auſi ſint, Quicquid hîc fecit Gallus, id me non ſolum conſcio, ſed etiam auctore ipſum feciſſe: Qua in re Deum appello teſtẽ mihi coram ipſo & toto mũdo ſummam fieri iniuriam. Sed non ſunt mihi noua amplius eiuſmodi mendacia & calumniæ, quas iam antea ſępè deuorare coactus ſum. Commendo autem iſta omnia Deo meo. Is tantas iniurias nouit ſuo tempore depellere & vindicare.

Attende qui ꝑ pulchro ẜ habes illud, Vre, seca.

Quod ad res Belgicas attinet, non magis & hîc probare poſſum quod modum exceſſerint. E contrario bene memini, quoties & quam in ſententiã Regi Hiſpaniarum ſcripſerim & conſuluerim. Sed quid multa? Cõſilium Hiſpanicum longè fuit acceptius meo fideli conſilio. Iamque adeò ipſimet fateri

errorem

errorem ſuum coguntur, & quod huic malo cauſſam maximam præbuerint ipſi. Ego bonum finem ſpectaui, & ne iſtæ tam præclaræ & nobiles prouinciæ tam miſerabiliter perderentur. Et quanquam conſilia mea ſequi noluerunt, vt deinceps à conſiliis dandis meritò refugere debeam: tamen ne ſic quidem abſtineo, & fideliter facio quantum poſſum.

Faxit Deus vt fructus inde ſequatur optatus, & tandem deſiſtatur ab eiuſmodi violentis remediis ac ſufficiant priora. Vt paucis abſoluam: Agant Hiſpani & Galli quocunque modo ipſis libuerit: tamen Deo, iuſto illi Iudici, rationes ſuarum actionum aliquando reddere cogentur. Ad me quod attinet: equidem Deo volente, honeſtè, Chriſtianè, fideliter & candidè atque integre agam: Et certò confido, Deum benedictione & gratia ſua mihi adfuturum, vt actiones conſiliaque mea poſſim Deo & hominibus probare. *Attendite qui iudicatis terram.*

Hoc vbi fecero, nihil quicquam moror hunc improbum & malignum mundum.

Sperabam ſanè, aliquantò me citius poſſe in regnum Bohemiæ venire. quia verò nondum planè conualui, Medici omninò mihi diſſuadent, ne in hoc tanto frigore profectionem inſtituam. Itaque comitia quin indicerem, differre diutius non potui: Et, niſi quid interim inciderit impedimenti, duos

natu maximos filios meos deſtinaui Vicarios ſeu legatos meos. Veruntamen, ſi Deus aſpirarit votis noſtris, vbi iam ętas appropinquauerit, nec ipſe abero. Nam alioquin, vt eſt iſta gubernandi ratio, non poſſent res conſiſtere aut durare. Et tam Regni quam mea neceſſitas noſtram requirit præſentiam. Nec enim me fugit quomodo agatur, & vt res procedāt. Hiſce te Deo commendo, qui omnia pro ſuo beneplacito dirigat ad Chriſtiani orbis & noſtram omnium ſalutem. Viennæ XXII. Februarii, Anno CIↃ IↃLXXIIII.

LECTORI CHRISTIANO S.

Ad hanc epiſtolam Imperialem tàm piam tàm ſanctam valdè facit LIBELLVS SVPPLEX & APOLOGETICON BELGARVM huic ipſi Imperatorię Maieſtati & Ordinib. S. Rom. Imperii exhibita Spiræ in Comitiis, Anno Domini MDLXX Ea igitur occaſione hîc inſerendum duximus vtrumq; ſcriptū: cuius ſimilia tamen & alia ſunt edita. Sed hoc iam diu deſideratum fuit.

LIBEL-

LIBELLVS SVPPLEX IMPERATORIÆ MAIE-STATI CETERISQVE S. IM-

perii Electoribus, Principibus, atque ordi-
nibus, nomine BELGARVM ex inferiori Ger-
mania, Euangelicæ religionis cauſſa per AL-
BANI Ducis tyrannidem eiectorum, in
Comitiis Spirenſibus exhibi-
tus, Anno Domini
MDLXX.

QVAE tempeſtas Inuictiſſime imperator Principesque Illuſtriſſimi iam prope totos centum annos varias Europæ partes afflixit, eadem nos etiam hoc tempore per ſummã tyrannidem, bonis omnibus exutos, patriis ſedibus eiectos, calumniis aduerſariorum oppreſſos, atque omni calamitatum genere exercitos, ad veſtram Clementiam ſupplices confugere coegit.

Etenim neminem eſſe arbitramur qui neſciat, olim quidem Hiſpaniam, poſt autem etiam paulatim totius Europæ magnam partem, non modò inteſtinis diſſidiis ac tumultibus arſiſſe, ſed etiam graui perſecutionum procella atque tyrannide tantum non oppreſſam fuiſſe. Ex quo nimirum homines aliquot otioſi, quique vitam vel ſolitariam, vel ab omni rerumpublicarum gubernatione remotam, vel certè diuini verbi prædicationi, & tranquillis ſacrarum literarum ſtudiis tantummodo addictam, nomine atque externo geſtu profitebantur, cœperunt in aulas Regum ac Principum irrepere, & obtenſo ſuis cupiditatibus religionis velo, ea conſilia ſubminiſtrare, quibus poſſent, excogitata Inquiſitionis in hæreticam vt vocant, prauitatem noua ratione, grauiſſimarum controuerſiarum ac rerum cognitionem & iudiciũ, à ciuili Magiſtratu ad ſe auertere. Atque ita paulatim nõ

modò

modò in plebeii cuiuſuis bona, fortunas, domicilium, intimos ædium receſſus, & verò etiam in vxorem ac liberos, & vitam denique ipſam inquirendo, dominatum prout luberet exercere, ſed ipſos etiam Magiſtratus ac Principes imperio ſuo ſubiicere. Quibus autem locis animaduertebant vel populi antiqua libertate, vel Rectorum ac Principum moderatione atque prudentia, ea ſua ſtudia retardari, iis confeſtim, vel hæreſeos vel rebellionis confictâ criminatione, Regum atque Imperatorum animos aduerſus populum grauiter exacerbarunt. Eoque artificio diſſidia inteſtina, tumultus populares, & grauia etiam ſæpè bella concitarunt: quibus florentiſſimas prouincias, in omnium Regum, Principum ac populorum inuidiam ac ſummũ odium vocatas, ad extremam calamitatem redegerunt.

Hoc ſi quæ alia in Europæ regionibus prouincia vnquam ſenſit, noſtra certè patria, inferioris nimirum Germaniæ pars illa, quæ Hiſpaniarũ Regis potentiſſimi paret imperio, hoc quidem tempore vel inprimis cum ſumma ſua clade perpeſſa eſt. Poſtquam enim falſiſſimis Hiſpanienſium inquiſitorum calumniis, aliiſque prauis artibus apud Carolum quintum felicis memoriæ Imperatorem, eiuſque filium Philippum Hiſpaniarum Regem, atque inferioris Belgicogermaniæ Dominum, in grauem inuidiam hæreſeos atque impietatis nomine adducta, grauiſſimiſque de religione edictis per calumniam &

dolum extortis, grauata, pro ſumma ſua erga dominos fide atque obſeruantia, hoc ſæuiſſimum inquiſitorum iugum iam plus minus totos quinquaginta annos admirabili patientia pertuliſſet, & iam tandem rebus in cæteris vicinis prouinciis ad pacem ac tranquillitatem compoſitis, reique veritate apud plæroſque detecta, leuationem aliquam ex tanta calamitate ſperaret: factum eſt vt aduerſarii, qui certè quidem grauiſſimè ferebant eam, ad parem religionis libertatem, qualis nō modò in Germania, ſed iam etiam in Gallia aliisq; multis locis vigebat, aſpirare, nouo & eo quidem ſummo conatu eniti cœperunt, vt non modò ſpem incolarum irritam facerent, ſed etiam longe grauiori tyrānide inuecta, quicquid eſſet reliquū iuris ac libertatis eriperent: atq; ita opulentiores quoſque facultatibus, potentiores, & ſi quos videbant ſuis conatibus poſſe aduerſari, etiam vita ſpoliarent.

Itaque adiuncto ſibi Pontifice Romano, eiusque diplomate impetrato, à Rege per varias calumnias edictum contra omnia prouinciæ priuilegia, leges, inſtituta, atque antiquiſſima iura libertatis, ſumma importunitate extorſerunt: nimirum de Concilii Tridentini ſanctionibus ad amuſſim obſeruandis, deque nouis Epiſcopis introducendis, qui Inquiſitionis formam Hiſpanica etiam Inquiſitione (quæ quidem olim aduerſus Iudæos ac Mahumetanos apoſtatas erat inſtituta) longè acerbiorem, per

omnem

omnem prouinciam exercerent, atq; ita breui tempore, florentiſſimam ac liberrimam regionem, in hominum exterorum, & quidem omnibus flagitiis ac ſceleribus coopertorum turpiſſimam ſeruitutem palam adducerent: optimos quoſque ſubmiſſo quouis vel infami accuſatore, vel nequiſſimo teſte, vinculis, equuleo, & verò etiam cruce & flammis pro ſuo arbitrio poſſent mulctare, opulentiſſimos fortunis euertere, Magiſtratus ipſos ſuæ iuriſdictioni ſubiicere, & ſe rerum omnium dominos efficere: inprimis autem eos qui Romani Pontificis imperio parêre detrectarent, ſuaſque conſcientias vni Dei verbo, veteris ac noui teſtamenti libris comprehenſo, vellent eſſe ſubiectas, funditus delere, atq; exquiſitiſſimis cruciatibus necatos, radicitus extirpare.

Ea res cum iuſtiſſimam præbuiſſet occaſionem Nobilitati quidem, vt apud Gubernatricem Parmenſem, quæ tum Regis loco erat, ſupplici libello intercederet, & quæ inde calamitas eſſet indubiè conſecutura, declararet: plebi autem, vt ſuam religionem, quam hactenus intra priuatos parietes exercuerat, eoque nomine videbat omnium calumniis atque inuidiæ eſſe obnoxiam, iam publicis concionibus æquo boni cuiuſque iudicio atque examinationi expoſitã a falſis criminationibus vindicaret: Factũ eſt, vt aduerſarii hac arrepta occaſione, variis excitatis tumultibus, vniuerſi populi nomẽ

de atrociſſimis criminibus hæreſeos, rebellionis, ſeditionis, ac læſæ Maieſtatis diuinæ pariter atque humanæ, apud Regem inuidioſiſſimè detulerint: eumque, cum planè ſtatuiſſet, ſuſcepta in Belgium profectione, ipſe præſens cauſam cognoſcere, & ex æquo & bono rem omnem conſtituere. partim doloſis artibus, & ad Belgici populi perniciem comparatis ſycophantiis, partim importunis ſtudiis, atque impudenti quorundã contentione, partim denique ſubmiſſis aliunde conſiliis & comminationibus, propè inuitum eò deduxerint; vt aduerſus ſuos grauiter exacerbatus, repentè mutata ſententia, Albanum Ducem & eorum Inquiſitionis fidiſſimum adminiſtrum, & ex veteri etiam ſimultate, Belgii Principibus ac Reipub. hoſtem infeſtiſſimum, ad cauſam cognoſcendam & conſtituendam Rempublicam cum ſumma poteſtate pro ſe legauerit.

Is verò iam ſuis cupiditatibus, ſpecioſum & religionis Pontificiæ reſtituendæ & rebellium caſtigandorum ſtudium prætexens, incredibile dictu eſt, quantam & quàm immanem crudelitatem in omnes Belgico-germaniæ incolas ſine diſcrimine paſſim exercuerit: quot & quam inuſitatis modis omnium bona expilarit: cunctam prouinciam omnibus ornamentis exſpoliarit, præſidiis nudarit, libertatis omni iure priuauerit, legibus ac priuilegiis exuerit: optimum quemque proſcripſerit: innocentiſſimi cuiuſque ſanguinem profuderit: ſanctiſſimum queq; turpiſſi-

piſſima ignominiæ labe affecerit: iura omnia diuina ſimul atque humana violauerit: ſacra omnia profanauerit: coniugiorum iura reſciderit: Baptiſmi ſacramentum polluerit: charitatis ac neceſſitudinis omne ius euerterit: nihil denique à ſumma atque inaudita crudelitate reliquum ſibi fecerit. Neque tamen interea deſinit ſuorum facinorum culpam in nos deriuare, & nos grauiſſimorum criminum, etiam publicatis elogiis atque excuſis infamibus libellis, apud omnes Principes ac populos palam arceſſere: propterea ſcilicet, quod eius furori ceſſimus, gladiosq; noſtri cruoris ſitientiſſimos, ope diuina euaſimus.

Quæ nos omnia, quandoquidem Deo Opt. Max. ita decretum eſt, vt nonnullo tempore per impiorum tyrannidem hic affligamur, in ſilentio & patientia nobis eſſe ferenda putaremus, expectandumque tempus quod ille ſummus rerũ Arbiter apud ſe præſtituit, vel noſtræ innocentiæ in lucem producendæ, vel Regis noſtri oculis atq; auribus ad indignam noſtram calamitatem & iuſtas querelas patefaciendis: Niſi aperte cerneremus eiusmodi noſtrum ſilentium, præſertim hoc tam ſacro, tamque frequenti tuæ Maieſtatis, Inuicte CÆSAR, veſtrarumque Celſitudinum Principes illuſtriſſimi, conſeſſu, poſſe nobis noſtræque innocentiæ nõ leue præiudicium apud eos quibus minus erit rei veritas cognita, aliquando poſthac adferre. Etenim hac ratione ipſe Dei filius IESVS CHRI-

STVS, eiuſque doctrina quã ex eius verbo profitemur, erit atrociſſimis aduerſariorũ calumniis obnoxia, quaſi qui eam ſequantur, pro iſthoc tam auguſto Chriſtiani orbis tribunali, tam ſanctis atque incorruptis iudicibus, tanta diuerſiſſimarum gentium celebritate theatro refertiſſimo, non modò hæreſeos atque impietatis peſtiferæ, ſed etiam fœdæ rebellionis, nefariæ ſeditionis ac perturbatæ pacis publicæ, tacita confeſſione rei peracti ſint. Quare, omnino exiſtimauimus non poſſe nos bona conſcientiæ pace diutius vti ſilentio: ſed quandoquidem ſcimus hanc ſacri Imperii comitiorum vſitatam rationem eò potiſſimum pertinere, vt quicunque per vim atque iniuriam opprimuntur, iſthuc tanquam ad ſummum iuſtitiæ in orbe Chriſtiano tribunal querelas ſuas referant, duximus noſtri eſſe officii, tuæ Maieſt. AVGVSTE CÆSAR, veſtriſq; Celſitud. Principes Illuſtriſ. rerum noſtrarum ſtatum omnẽ exponere, huiuſq; noſtræ funeſtiſſimæ calamitatis, veros fontes aperire: vt ſi forte Dei miſericordia, tãtis noſtris malis finẽ facere cõſtituerit, poſſimus veſtro beneficio, veſtraq; liberalitate ex hac oppreſſionis mole grauiſſima reſpirare. Sin minus: at certe, cauſa propius cognita, ab iniquiſſimis aduerſariorum criminationib. apud æquos iudices noſtram innocentiam vindicemus. Quo ſi nihil aliud, hoc certè quidẽ cõſequemur, ne poſthac noſtra religio, ac veritatis Euangelicæ profeſſio apud eos qui aduerſariæ partis accuſationib. antehac

tebac occupati, rem ipſam ignorarunt, tam grauium criminum nomine amplius malè audiat: neve CHRISTVS IESVS Dei filius, cuius nomē profitemur, per noſtrum latus amplius cōfigatur: ne nobis denique tāquam publicæ pacis ac tranquillitatis hoſtibus, aqua & igni, quod vnū conantur noſtri aduerſarii, apud alios Principes ac populos interdicatur. Sed rei totius veritate perſpecta, omnium malorū fons atq; origo deriuetur in eos, qui ſuis cupiditatibus incenſi, omnia ſurſum deorſum verſant, ac deinde homines probos atque innocentes, quos per vim atque audaciam fortunis euerſos vita nequeūt ſpoliare, eos apud tuam Maieſt. CÆSAR, veſtrasque Celſitudines Illuſtriſs. Principes teterrimis calumniis opprimere contendunt, vt ita vos in ſuæ crudelitatis ſocietatem vocent, veſtraque opera, vel ſitim illam ſuam inſatiabilem noſtro ſanguine expleant, vel odium quod in nos acerbiſſimum conceperunt, ruina noſtri quoque modo ſaturent.

Quod quidem certè minimè eſſe conſecuturos, veſtra æquitas, fides, atque integritas, noſtraque innocentia nobis pollicetur. Quibus rebus confiſi veſtra genua amplectimur, veſtram fidem ac miſericordiam imploramus, veſtram denique religionem, iuſtitiam, ac ſanctitatem obteſtamur: Rogamusq; ſupplices, vt integra iudicii ſeueritate, miſeram atque afflictam noſtram innocentiam, contra ſummam aduerſariorum potentiam atque effrenem

audaciam, clementer tueri non dedignemini.

Ut autem intelligatis quo iure id facere poſſitis, & ſimul ipſa luce clarius perſpiciatis in quibus totius mali cauſa reſideat, rogamus tuã Maieſtatem, inuicte CÆSAR, veſtraſque Celſitudines Principes Illuſtriſs. vt Libellum hunc noſtrum his tabellis ſupplicibus adiunctũ, in quo cunctis hominibus innocentiam noſtram hiſtoriæ totius veritate pertexta, teſtatam facimus, dato ocio, benigne atq; attentè perlegere velitis: eaque patientia atq; æquitate animi, qua ſoletis omnium miſerorum atque innocentum querelas accipere, noſtram etiã cauſam cognoſcatis, & nos ex hac tãta calamitate, quoad eius à vobis fieri poterit, ſubleuetis: Ita & Deo ſummo regum Regi ac Iudici vos dignos miniſtros prabebitis, & noſtra ſtudia ad eius gratiam ac miſericordiam pro vobis implorandam excitabitis.

APOLO-

APOLOGETICON, ET VERA RERVM IN BELGICO-GERMANIA NVPER GESTARVM, NARRATIO:

Ex qua dilucidè perſpicitur, quibus omnis tumultuum & calamitatum origo & cauſa ferri accepta debeat.

ET SIMVL CALVMNIÆ, QVIbus eccleſias *Belgicas* grauant aduerſarii, perſpicuè diluuntur.

PSAL. XLIII.

Iudica me Deus, & diſcepta litem meam, à gente non manſueta, à viro doloſo & improbo eripe me: Quia tu Deus fortudinis mea.

MDCIII.

Origo Inquiſitionis Hiſpanicæ, & ſimul inquiſitorum potentię in ipſa Hiſpania.

AGITVR IAM PROPE CENteſimus annus, ex quo sereniſſimi Caſtiliæ reges *Ferdinandus* & *Iſabella* confecto graui illo & diuturno contra Mahumetanos bello, q paulo minus octingentis annis Hiſpaniæ regnũ occupatum infeſtarant, eiectisque ex omni Hiſpania hoſtibus ac recuperato Granatæ regno, animum ad religionem conſtituendã, & Mahumeticæ Iudaicæque impietatis reliquias extirpandas adiecerunt. Eius rei conficiendæ datum eſt Dominicanæ ſectæ monachis negotium, qui regum animos atq; aures, magna ſanctitatis ac ſapientiæ opinione variis artibus parta, penitus occuparant & ſimul eis omnium earum rerum poteſtas, quęcunq; ad tantam rem viderentur neceſſariæ, conceſſa eſt. Illi rati ſe nactos pulcherrimam occaſionem autoritatis ſuæ dignitatisq; amplificandæ, Regibus ſumma atque indeflexa ſeueritate ad eam rem opus eſſe perſuaſerũt. Et quaſi religionis cognitio ad ciuilem Magiſtratum nequaquã pertineret, ſed eſſet Monachis, qui ſe tanquam proprio nomine *Religioſos* appellabant, ac ſacerdotibus propria: conſtituendum eſſe nouum tribunal *Inquiſitorum*, ad quos non modò eiuſmodi cauſarum cognitio, ſed iudicium omne Religionis qualiscunq; tandem ea eſſet, cum ſumma poteſtate referretur. Boni Principes, qui

qui vnum ſibi Chriſtianæ fidei propagandæ ſcopum quacunque ratione propoſuerant, iis quos exiſtimabant vitæ integritate ac ſanctimonia cæteris omnibus mortalibus, præſtare, facilè fidem adhibuerunt, & ſimul iis ipſis qui tantæ rei erant inuentores, omnem eius inquiſitorii muneris pro ſuo arbitratu poteſtatem dederunt. Ad eam acceſſit etiam pontificis *Sixti quarti*, qui eo tẽpore Romæ præſidebat, comprobatio. Is enim omni conatu ac ſtudio Monachorum quatuor ordines non ita pridem exortos, non tantum confirmare, ſed etiam augere atque amplificare conabatur. Ad quod ſuum inſtitutum videbat Regum Hiſpanorum ſtudium quam maximè opportunum eſſe. Itaq; ſua authoritate, quæ quidem ſi vnquam poſt homines natos, illo certè tempore maximè vigebat, ſuoque diplomate nouum hoc tribunal, nouumque inquiſitorum imperium confirmauit, ac ratum habuit. Ita hęc poteſtas, tum regia, tum pontificia autoritate ſuffulta, breui mirum inmodum coaluit. Et cum nemo homo ſit ad quem religionis recta conſtitutio non pertineat, facile ſibi hoc prætextu in omnes hominum ordines ac dignitates cognitionem, ac iudicium vendicarunt. Eaque ratione non multo pòſt cœperunt in omnium bona, fortunas, vitam atq; conſcientiam apertè dominari: donec ex immoderata poteſtate, ſuperbia atq; auaritia atque inde odium il-

lis apud omnes tantum natum eſt, vt iam nemini amplius tolerabiles eſſe viderentur. Itaque cõſilio & opera Epiſcoporum, aliorumque Sacerdotum, qui certè magno in Hiſpania numero erant, magnaque autoritate, & ſe Monachorum imperio ſubiectos eſſe inique ferebant, factum eſt, vt Regiâ autoritate, inquiſitoria poteſtas à Dominicanis ad Clerum tranſferretur. Et ex epiſcoporum cęterorumque ſacerdotum cateruâ deligerentur Inquiſitionis magiſtri, qui vterentur quidem illi operâ & conſilio Dominicanorum. at certè tamen penes ſe ſummam Inquiſitorii muneris poteſtatẽ retinerent. Hi vel quod zelo religionis aliquo flagrarent, vel quod animi impotentiam callide diſſimularent, partim opinione ſanctitatis admirabili, partim Principum ac potentum (quibus erant vel amicitia vel neceſſitudine coniuncti) gratiâ, & potentiâ, partim denique prauis, atque occultis artibus, breui tempore nouum hoc ſuum imperium ad id faſtigii euexerunt, vt iam non modò in plebem, dominationem prout eſſet collubitum, exercerẽt, ſed omnẽ totius populi atq; ordinum regni libertatem ſanctę Inquiſitioni ſubiicerent: priuilegia, atque immunitates labefactarent: Procerum (quos *Grãdes* ſolent appellare, ſine quorum autoritate nihil olim in Hiſpania decernebatur) dignitatem imminuerent; in REGEM deniq; ipſum ac REGII ſceptri Maieſtatem, ſibi

ſibi, Religionis & cultus diuini prætextu, ſupremum ius vendicarent: nobiles omnes, & ſiqui eſſent alicuius nominis viri, quos putabant ſuis conſiliis quoquo modo poſſe officere, de hæreſi delatos, vel crudeliter necarent, vel turpiſſima ignominiæ nota, quæ in omni poſteritate hæreret, inuſtos, omnibus porrò ſæculis infames atque inteſtabiles redderent. Hæc etſi non paucis noua atque intolerabilia videbantur, tamen propterea quod & aduerſus infeſtiſſimos nominis Hiſpani & Chriſtianæ religionis hoſtes; *Mauros*, inquam, & *Mahumetanos Iudæoſque* potiſſimum eſſent comparata; & cultus diuini nomine ac ſanctitatis opinione plærorumque oculos præſtringerent; & denique multis bellis exhauſto fiſco Regio non mediocriter locupletando (in quem dimidia proſcriptorum bonorum pars referebatur) eſſent accommodata; potentiſſimorum quorumque; ac præſertim Regum ipſorum ſtudiis, authoritate atque imperio, indies magis ac magis confirmabantur: donec *Arragonenſes* (quæ eſt in Hiſpania; & veteri libertatis iure, & generis nobilitate, & regni amplitudine Prouincia inter cæteras facile prima) palam reſtiterunt. Et cum ſupplici ac modeſta interceſſione nihil apud *Ferdinandum* Regem profeciſſent, etiam vi & armis hanc peſtem à ſuis finibus auertere conati ſunt,

propterea quod facile animaduerterent, libertatem, quam certè ſummam atque incredibilem à maioribus acceptam; hactenus ſemper integram conſeruarant, hac ratione peſſum ire, ſeſe ſuaque omnia indigniſſimæ Sacerdotum tyrannidi ſubiecta fore. Sed nihil tamen profecerunt. Nam poſt varios tumultus, magnam cladem ac profuſionem ſanguinis, huic inquiſitionis iugo, colla inuiti ac reluctantes ſubiicere, nihilo ſecius quam cæteri Hiſpani coacti ſunt. Ita vt qua prouincia nulla erat antehac liberior, eâdem vix alia hodie ſeruilior ſubiectiorque vlla reperiatur. Cuius exempli terrore ac ſimul opinione ſanctitatis quam ex hac re geſta magnam ſibi Inquiſitores compararant, factum eſt vt nullo amplius reluctante Hiſpaniam vniuerſam ſibi ſubiugarint.

Propagatio imperii Inquiſitorum Hiſpanienſium.

Verum enimuero, vt ſunt hominum cupiditates natura immenſæ atque inſatiabiles, non potuit ſe hæc libido dominandi, licèt vaſtiſſimis Hiſpaniæ regni finibus diu continere. Sed ad propagandum imperium eodem ſcilicet illo Religionis Chriſtianæ conſtituendæ plauſibili prætextu, animum adiecerunt, ac verò etiam totius prope orbis terrarum imperium ſibi promiſerunt. Nec enim vlla ferè regio eſt, quam breui temporis interuallo, iisdem illis artibus quibus Hiſpaniam domuerant, ſibi ſubiicere non tentarint.

tarint.

tarint. Nam & Italiæ potiſſimam partem, & multas Mediterranei maris, atque Oceani inſulas, Angliam etiam ipſam (licèt non multo tempore) huic Inquiſitionis capiſtro colla ſubiicere coëgerunt. Et ad extremas vſq; Indias, ac vaſtiſſimo Oceani alueo remotas terras, non modo peruagati ſunt, ſed miſeròs atque agreſtes incolas conſtituendæ Religionis prætextu, omnibus bonis ac facultatibus, ipſis etiam cōiugibus, liberis, ac vita denique ſpoliarunt, & verò etiam omni ſuppliciorum genere crudeliter excarnificatos cōtrucidarunt; eôque miſerię & calamitatis adegerunt, vt eorum non pauci mortem ſibi ipſis cōſciſcere maluerint, quam in huiuſmodi hominum crudelem dominatū peruenire.

Quid? quod non ita pridē omnia ſua conſilia, omnesq; machinationes adhibuerunt, neque quicquam reliquêre intactum, quo Germaniam cunctam eodem iugo poſſent mancipare. Eoque *Carolum quintum* felicis memoriæ Imperatorem prope inuitum ac diu reluctantem, Pontificū Romanorū autoritate & cōminationibus adegerunt, vt optimos quosq; ac illuſtriſſimos Principes haberet prò perduellibus, & tanquā iuratis hoſtibus funeſtiſſimum bellū inferret, prætextoque rebellionis velo, ipſos *Principes Proteſtantes* inter ſe armaret; liberas ciuitates in fœdiſſimam Hiſpani militis ſeruitutem redigeret, & ampliſſimi ac S. Imperii Maieſta-

tem hominum viliſſimorum libidini, & cupiditatibus non ferendis ſubiiceret. Quod niſi iugum ſæuiſſimum partim quidem Principũ Germanorum virtus, ac prudentia excuſſiſſet, partim autem ipſius Imperatoris, rem ipſam, vti erat iam perſpicientis, æquitas, atque indulgẽtia ſuſtuliſſet, poterat eodem loco iam pridem cuncta eſſe Germania, quo nunc eſt eius illa portio, è qua nos per ſummam iniquitatem eiecti, afflictæ patriæ & non modò grauiſſima tyrannide, ſed etiam indigniſſimis calumniis oppreſſæ, cauſam dicere cogimur, Deumque immortalem & ſimul omnes homines teſtari, non aliam eſſe calamitatis noſtræ cauſam, niſi eam ipſam, quæ propè abfuit vt vniuerſam Germaniam depopularetur: *cupiditatem nimirum eorum
„ qui iniuſtum ſuum imperium Religionis con-
„ ſtituendæ prætextu, quocunque terrarum per
„ fas & nefas conantur propagare.* Eo autem enixius in hanc inferioris Germaniæ partem, quæ *Belgium* dicitur, illud inuehunt, quod Principum affinitate, ac Regis cõmunis neceſſitudine, & ſimul antiquo cõmerciorum, ac hoſpitii iure ſit illis coniunctior, eoque iã pridem ſe putant Hiſpaniæ leges, ac inſtituta, Hiſpanos mores, ac Hiſpanicum Inquiſitionis iugum, patriis legibus abrogatis, ac Germanię nominis mentione abolita, priuilegiis etiam antiquatis, atq; oppreſſa libertate ſuo quodam iure poſſe inuehere.

Quum autem pridem ſenſerint prouinciam non magnam quidem illam, at certè opibus ac potentiâ magnopere florentem, nec ſolum munitiſſimis oppidis & arcibus, ſed etiam optimis legibus ac inſtitutis, pulcherrimiſque priuilegiis, prærogatiuis atq; immunitatibus aliisq; iuribus libertatis contra exterorum dominatum ita ſeptam eſſe, vt quãdiu Principem habent fauentem, tandiu certè auitam libertaté haud ægrè tutari poſſint: Varia iam à multis retro annis conſilia non obſcure agitarunt, quibus incolas in ſuſpicionem atque inuidiam, & apud *Carolum V.* Imper. & apud eius filium *Philippum Regem* adducerent, & tum hæreſeos, tum rebellionis crimine notatos, in hoſtium ac perduellium numero habendos eſſe perſuaderent: vt ea ratione prouinciam, quã ſibi multis nominibus ducebant eſſe maximè opportunam, libertatis omni iure ſpoliatam, ſuæ dominationi ſubiungerent. Aliquando prætexebant nimis eſſe varias ac diſtinctas prouincias, & verò etiam pro numero prouinciarum nimis diuerſas leges, conſuetudines atque inſtituta; aliquando ſuis priuilegiis, immunitatibus, ac libertatis iure nimiũ ferocire cauſabantur; interdum nimias opes ac potentiam Regi ſuſpectam faciebant; interdum exterarum nationũ cõmercia in inuidiam vocabant. Breuiter, nihil intactum relinquebant, quod ad eius animum exacerbã-

Artes & cõſilia Inquiſitorum.

dum videretur poſſe pertinere. In primis autem vrgebant ordinum in comitiis vſitatam omnibus ſeculis libertatem, Regiam potētiam plurimum imminuere: propterea quod & antiquiſſimo more maiorum ita eſſet comparatum, & ipſis etiam Principum ſtipulationibus ac pactis iureiurando confirmatis ſancitum, nihil eos decernere agereve quod vel populi libertati vel legum autoritati fraudi eſſe poſſet, ſine voluntate atque aſſenſione ordinum totius prouinciç. Itaq; pluris eos ordinum decreta quam reſcripta Principum facere: Regem non pro Rege, ſed pro duce aliquo vulgari & Comite, aut certè pro iuris ac legum cuſtode habere, qui non ex imperio, ſed ex legum præſcripto atque ordinum ſanctionibus rempublicam adminiſtret. Adhæc non ſecus quam in liberrimis rebuspublicis magiſtratus, & verò etiam tribunos plebis cum ſumma intercedendi poteſtate ex ſe creare: exteros à reipublicæ functione: Eccleſiaſticos à iuriſdictionis poteſtate, legibus atque inſtitutis municipalib. arceri: ac proinde vel intimis ac fidiſſimis Principũ clientibus cunctæ adminiſtrationis viam præcludi. Hæc atque alia eiuſmodi ſuperioribus temporibus non rarò dediſſe occaſionem plebi, vt ſuorum Principum imperium ſuperbè reſpuerint; ipſiſque etiã Dominis ac principibus legem tulerint: & verò ſiqui cõtra morẽ atque ordinum voluntatem quicquam tẽtauiſſent,

eos

eos nonnunquam mulctis, nonnunquã vinculis, ac etiam imperii abrogatione caſtigauerint. Ea certè Principibus nequaquam eſſe ferẽda dictitabant. Itaque tum ab imperatore *Carolo*, tum ab eius filio *Philippo*, maximo ſtudio diu contenderent, vt vniuerſa ea prouincia in vnum redacta corpus, vniq; legum ac iudiciorum formæ ſubiecta, in regni nomen ac titulum erigeretur: & antiquata magiſtratus popularis ac legum poteſtate, non aliter quam bello parta Siciliæ ac Neapolis regna, nouis legibus pro arbitrio adminiſtraretur. Quod cum à ſe fruſtra laborari animaduerterent, propterea quod acerrime reclamarent ciuitatum omnium ordines, & ipſe fortaſſe etiam Imperator eorum ſiniſtros conatus ac malam fidem perſentiſceret: ea re in commodiorem opportunitatem reiecta, hoc certè quidem importunis ſuis calumniis abſtulerunt, vt poſt nulla ratione generatim ex omnibus prouinciis ſolennia Comitia, prout more maiorum erat vſitatum, fieri amplius pateretur, vt etiam Eccleſiaſtici ordinis homines, quique non modò iure Diuino, Ciuili, atque Canonico, ſed etiam veteri prouinciæ more, ac multis Ducum Burgundiæ ſanctionibus à iudiciorum, ac reipublicę functione arcebantur, rerum gubernaculis præficeret.

Id teſtatur ipſa Hiſpanorum hiſtoria, quam ab Alfonſo Vloa editam, Germanica lingua Dillingæ euulgarunt: fatentur.n. hoc eorũ fuiſſe inſtitutũ, vt vniuersã prouinciam inſtar Siciliæ ac Neapolis in formam Regni reducerent.

Et denique vt faciliorem ad illum, quem ſibi proponebant dominatum, viam ſterne-

rent,religionis conſtituendæ prætextu arrepto, eam edictorum acerbitatem aduerſus eos,qui Euangelicam doctrinam profiterentur,extorſerunt,quam nulla vnquam regio, nulla ciuitas, nullum municipium vidit. Planè enim ei perſuaſerant quemadmodum etiam diſertis edicti verbis continetur, [1] *Lutetrum, cuius doctrinam ſequerentur, Pelagianiſmum profiteri, ſanctos omnes Patres ac Eccleſiæ doctores vilipendere, Magiſtratum omnem abolere; Ciuilem gubernationem ordinemque euertere; Populum ad arma concitare; ad cædes, furta, vaſtationes, atque incendia inſtituere, ac denique licentiam cuique quo quiſque modo velit, viuendi dare.* Ad eam rem preclaram illis operam præſtitit Petrus à Soto Hiſpanus,qui erat illi à confeſſionibus,ac inter Inquiſitionis Hiſpanicæ magiſtros non vltimum locum tenebat.Qua perſuaſione *Caroli Imperatoris* animum, alioqui naturâ placidum ac lenem, ad decernenda & [2] nulla adhibita ordinum aſſenſione, promulganda, ac identidem renouanda edicta ſæuiſſima, quæq; ſanguine potius quam atramento viderentur exarata,facile impulerunt: non quidem quod ea vellet ad vnguem obſeruari,ſed quod ſperaret inuſitatę ſeueritatis terrore,populi animos à ſtudio Religionis, quam penitus impiam exiſtimabat,poſſe reuocari. Cuius ſanè ſpei, ac voluntatis non obſcu-

Occaſio & ratio Inquiſitionis & edictorum in Belgio decernendorum.

[1] *Hæc ſunt ipſa edicti verba dati Wormaciæ 8. die Maii anno 1521.*

[2] *Ordinum aſſenſionem nõ fuiſſe adhibitam, patet ex ipſis edictorũ ſingulorum verbis, quibus apertè præſcribitur omnib. prouinciarũ ordinibus, præfectis ac Magiſtratib. etiã grauiſſimis pœnis propoſitis ea edicta rata habere, atque executioni diligenter mandare, & ſimul declaratur, in põtificis Romani gratiã, ex ſolo edictis arbitrio eſſe facta.*

obſcurum indicium dedit in ea quam poſt edidit [3] declaratione edictorum, qua ſtatuebatur, quibus in rebus poſſent Magiſtratus immoderatā edictorum ſeueritatē paululū remittere. Ea tamē declaratio arte ac dolo magiſtrorū Inquiſitionis ſuppreſſa eſt, effectumq; nō modo vt ad edictorum ſtrictam obſeruationem, ſed etiam ad Inquiſitionem Hiſpanicæ vix abſimilem perueniretur, quò functionis illius, ac muneris quod à Pōtificibus pridem impetrarant, adminiſtrationem obire poſſent. Itaq; cum iam anno 1550, Hiſpaniæ Rex in Belgio inaugurarетur, magnis atque importunis ſolicitationibus edictum de *Inquiſitione* impetrarunt, qua ſuis hominibus, tantam in ciues atque incolas totius prouinciæ poteſtatem arrogarunt, quanta ad opprimendam paulatim, veterem libertatem, atq; omnia priuilegia abroganda opus eſſe arbitrabantur. Sed conatum hunc primum quidem Brabantiæ ſenatus, atque ordines ſolicita ac ſeria interceſſione, deinde verò ſereniſſima Hungariæ Regina felicis memoriæ *Maria*, ſumma pietate, ſingulari fide atq; incredibili prudentia repreſſit. Nam & tum quidem ad *Carolum* Imperatorem, qui erat Auguſtæ in comitiis, profecta eſt, atque impetrauit vt edicti acerbitas paulum mitigaretur, & Inquiſitionis nomen atq; inſtitutum omitteretur: & poſtea etiam ſæpe ſe inquiſitorum ac Theologorum fraudibus, at-

[3] *Ea declaratio facta, ſignataque eſt Anno 1550. menſe Sept.*

que audaciæ fortiter obiecit. Ita vt datis in Hiſpaniam literis ab illis apud Imperatorem de hæreſi fuerit accuſata. Semper autem id vnicè laborauit, vt *Imperatoris Caroli* animum ac beneuolentiam Belgii populis cõciliaret, omnemque inuidiam qua grauabantur ab aduerſariis, quoad poſſet, auerteret. Qua ſanè lenitate, atque prudentia ſubditorum animos viciſſim erga ſuum Principem ita arctè deuinxit, vt nullum ſibi onus illius cauſa putarent eſſe recuſandum, vt eius gratiam ac voluntatem etiam libertatis iuri, quod eis ex lege & inſtituto maiorum dabatur, in multis rebus non grauatè anteponerent, vt in omnibus indictionibus, collectis ac tributis imperatis ita ſe dicto audientes præberent, vt nihil potuerint Principes deſiderare, quod non ab eis fuerit ſumma cum animorum ac voluntatum promtitudine repræſentatum, vſque eò quidem, vt iam toto propè decennio bellum & graue & varium, ac periculoſum cum Galliarum Regibus potentiſſimis geſtum alacres ſuſtinuerint, maximamque ſumptuum partem, quæ certè quadragies millenorum florenorum milium ſummam exceſſiſſe publicis expenſi tabulis probari poteſt, liberaliter erogarint: neque vnquam vel tenuem rebellionis ſuſpicionẽ dederint.

Tãetſi interea nihilominus illi Inquiſitionis architecti, regnante quidem *Carolo*, prę-

textu

textu ſuperiorum edictorum: auſpicãte verò regnum *Philippo* obtentu noui mandati, *Anno* 1555. quod Regium nomen præſe ferret, obliquis 1. *Decemb.* artibus, & falſa perſuaſione impetrati, in compluribus Belgii partibus, & maximè in Flandria occidua, Hannonia, Arteſia, agro Tornacenſi, Inſulenſi, ac nonnullis Holandiæ locis, per vim & tyrannidem apertè graſſarentur, plebemque variis ac miſeris modis degluberent, atque excarnificarent. A quo ne poſt quidem cum detecta fraude, mandatum illud dolo extortum nouo diplomate Regio reuocatum eſſet, abſtinuerunt. Habe- *Anno* 1556. bant enim ſuos in aula, qui aſſidui apud Re- 17. *Janua.* gem eorum crudelitati & auaritiæ Religionis velum obtenderent. Tandem autem cum bello Gallico iam confecto ac Rege in Hiſpaniam profectionem parante, eius ſubditi propter ſingularem obſeruantiam, omniumque officiorum admirabilem promtitudinẽ, ac fidelitatem prę́ſtitam, nonnullam leuationem tum ab aliis oneribus, tum certè vel maxime à non ferendo illo Inquiſitionis iugo, ſuo quodam iure viderentur poſſe ſperare: tantum certè abfuit vt de ſuperiore erga eos acerbitate quicquam remiſſum fuerit, vt cõtra etiam quaſi pace, rebusque non alium in finem conſtitutis, quam ad expilandas miſerorum hominum fortunas, excruciandasque conſcientias, multo etiam quam antè ſęuitum ſit acrius. Tum enim vel maximè vſi-

Patet ex literis ac diplomatib. ad ciuitates miſſis, Anno 1559. menſe Aug.

tatis illis ſuis technis ac Religionis conſtituendæ ſimulata ſpecie apud Regem, Inquiſitores noua diplomata ad omnes ciuitatum præfectos impetrarunt, quibus iam apertè ſuperiorum edictorum acerbitas non modò confirmaretur, verum etiam contra antiqua libertatis iura ac priuilegia multis rebus imperatis, augeretur. Illis armati Inquiſitores poſt Regis diſceſſum miſeram & iam prope exhauſtam plebem reliquis fortunis omnibus exſpoliarunt, ciuitates ac municipia priuilegiis fraudarunt: ciues optimos bonis exutos, carcere, vinculis, equuleo, ferro, cruce, flamma, defoſſionibus, merſionibus, indicta cauſa, & non raro etiam intempeſta nocte contra vſitatam iudiciorum formam, crudeliter necarunt.

Nouorum Epiſcoporum inſtitutio.

Et vt nihil ſibi deeſſet, quo minus aperte poſſent contra ius libertatis ac prouinciæ totius priuilegia, ſuam illam ſanctam Inquiſitionem apertè inuehere, & ſimul exteris hominibus atque adeo Sacerdotibus atq; Eccleſiaſticis contra omnes ſuperiorum Principum conſtitutiones atque edicta, & iurata à Rege pacta ſummum imperium tribuere, ſibi non modò iuris dicendi poteſtatem, ſed etiam in omnium bona ac fortunas atque adeo in coniuges & liberos, in vitam denique ipſam ius vendicare, Magiſtratuum omnem poteſtatem ſubiicere, eamq; deinde quibus vellent, quaſi ſub haſta palam vendere: nouo actu

uo aſtu veterem Inquiſitionis telam iam pridem animo contextã, nec dum tamen abſolutam, orditi ſunt. Etenim [a] ſubmotis à Rege proceribus & conſiliariis, nouorum epiſcoporum, qui fidei Inquiſitores agerent, inſtitutione, ad religionis Catholicę conſeruatio nem omnino opus eſſe perſuaſerunt. Datum eſt itaque negotium *Sonnio* Louaniẽſi Theologo. Is Romam profectus magna ſedulitate rem breui confecit ex ſententia: Prouincias prout habebat à Granuellano in mandatis repartitus eſt, in quo [1] ne ſacri quidem Imperii Principũ ius ac iuriſdictionem intactã reliquit, nedum vt cæterorum præſulum ac Principum rationem ſibi habendam putaret. Epiſcopos nominauit nõnullos homines per omnem vitam [2] in rerum publicarum admi niſtratione, verſatos, nonnullos [3] tum inſigni inſcitia tum vitæ impuritate, ac flagitiis cum primis nobiles. *Granuellano*, Mechliniẽſem archiepiſcopatum vnâ cũ opulentiſſima totius Belgii Abbatia *Afflegemenſi*; id eſt, ſummum rerũ imperium: Viglio, Gandauenſem: ſibi Buſcoducenſem epiſcopatum adiunctis opulentiſſimis abbatiis, quæ eſſent publicæ ſeruitutis & calamitatis autoramenta, decreuit. Cęteris prout ferebat eorum inſtitutũ repartitus eſt: ſingulis [4] collationem nouẽ prębendarum in ecclesia ſua cathedrali impetrauit, vt quibus illæ conſignatæ eſſent, Epiſcopo ad Inquiſitionis munus in ſua diœceſi prę-

[a] *Paulo ante diſceſſum regium. Autorib. Granuellano, & Viglio, ac prætærea tribus aut quatuor aliis conſciis.*

[1] *Vt epiſcopi Leodienſis, Monaſteriẽſis, Cameracẽſis & Traiectenſis.*

[2] *Vt Granuellanũ, Viglium, Cancellariũ Nigri*

[3] *Hæc publico totius prouinciæ teſtimonio, publicisq; epiſcoporum cum habitis cõcionibus, tum rebus geſtis probari poſſunt.*

[4] *Patet ex decreto Cardinaliũ Romæ ea de re iuſſu Pontificis facto.*

ſto eſſe cogerentur, & verò etiam duo exiliis Inquiſitorum munus ac fũctionem gererent; cæteri bonorum proſcriptorum ſectores eſſent, iisq; cogerentur Magiſtratus omnẽ operam, ac manum auxiliarem præbere. Ad eos epiſcopatus poſſent quiuis exteri adhiberi, quo ſcilicet prætextu, Hiſpanis ipſis huius Inquiſitionis magiſtris ac dictatorib. cuncta prouincia nullo negotio & breui tempore ſubiiceretur.

Hoc epiſcoporum nouum inſtitutũ cõtra omnem populi libertatẽ [1] contra ciuitatũ iura, prouinciæ iurata à Rege priuilegia, pactaque ſtipulationes, contra omnes maiorũ ritus & conſuetudines, legum ſanctiones, veterum abbatiarum fundationes, epiſcopatuum iurisdictiones, municipiorum immunitates; *Granuellanus* homo exterus, nouus atq; obſcuro genere natus, cũ ſuis Inquiſitionis Hiſpanicæ mancipiis, Belgii prouinciis per vim obtrudit; ciuitates ac magiſtratus variis tum pollicitationibus, tum comminationibus in ſuam ſententiam trahere conatur; nonnullis etiam inuitis, epiſcopos curat dari: cæteræ ciuitates magno numero apertè reſiſtunt, eãque rerum innouationem tam apertè contra omnia vetuſtatis iura, ac priuilegia pugnantem minimè ferendam cenſent. Pleræque etiã abbatiæ, ac præſertim in Brabantia, propterea quod abbatibus demortuis nemo ſufficeretur, intercedunt, & grauiter apud alios præ-

1 Omnia n. Brabantiæ ac cæterarũ prouinciarũ iura & priuilegia, quoſuis eccleſiaſticos ab omni iudiciorum functione, ac iuriſdictionis poteſtate excludunt, omnes etiam exteros à magiſtratibus capeſſendis omniq; iuriſdictione arcent: epiſcopatuum atq; abbatiarũ diuiſiones, ac iura illibata fore ſanciũt: Iuris dicendi conſuetã formam in ſempiternum ratam faciunt. Principibus quicquã in his reb. immutandi, niſi aſſentientibus ordinib. poteſtatem adimunt.

præſules cæteroſq; Brabantiæ ordines, de tã inſigni iniuria conqueruntur. Et cum id fruſtra fieret, propterea quod magna vi obniteretur Granuellani potentia, adiunctis ipſis ordinibus libellum ſupplicem de huius inſtituti abrogatione Gubernatrici exhibent, verũ ea negat rẽ in ſua eſſe poteſtate, & ad Regem reiicit. Itaque mox legatos in Hiſpaniam ad Regem mittunt, ac ſupplices rogant, vt ne contra vetera priuilegia, ac iusà maioribus traditum, eorum cõditionem innouet: ſed aperta [1] ſubſcriptione repulſam patiuntur. Paulo poſt, Brabantiæ ordines apud Gubernatricem denuò vrgent, in iudicio audiri & ius ſibi reddi obnixe poſtulant: ſed fruſtra. [2] Illa enim reſpõdet ad ſe minimè pertinere. Antuerpianus magiſtratus [3] variis libellis ac poſtulationibus eiuſmodi innouationem abrogandam contendit: Epiſcopos apertè recuſat, & verò etiam [4] legatos in Hiſpaniam ad Regem mittit. Ii poſt longam ſolicitationem tandem à Rege [5] vindicias ad libertatem à nouo Epiſcoporum iugo impetrarunt.

Interea verò temporis nunquam deſiit *Granuellanus* obliquis, nec tamen obſcuris, artibus cunctam reipublicæ adminiſtrationem ad ſe trahere: Gubernatricem Parmenſem, vtpote rerum Belgicarum non ſatis gnaram, ab adminiſtratione rerũ obliquè [6] ſubmouere: Magiſtratus [7] in ſingulis ciuitatib.

[1] *1562. 27. Februar.*

[2] *1562. 5. Maii.*

[3] *Libello exhibito & ſubſcriptione facta 23. Ianu. 1562. itẽ 18. Mar. 1562 itẽ 23. Maitii 1562.*

[4] *1562. menſe Iunio. ii varios libellos exhibuerunt.*

[5] *20. Decem. 1562. & 3. Auguſt. 1563*

[6] *Patet ex ipſius Gubernatricis teſtimonio in Procerum ſenatu reddito.*

[7] *Publico exemplo teſtatum eſt.*

ᵃ Patet ex Procerūdatis adRegem querimoniis. Granuellani ſtudia.

pro ſuo arbitrio inſtituere: ſummū ᵃ ſenatum à Rege non ita pridem inſtitutum, qui *Conſilium aulicum* dicebatur, conſtabatque ex primariis prouinciæ rectoribus (quem falſis perſuaſionibus paulò ante apud Regem nonnihil labefactarat; & ſenatui Hiſpanico ſeu viatorio ſubiecerat) iam apertè diſſoluere ac diſturbare: Eius omnia decreta reſcindere: & vnus pro arbitrio, quæcunq; videbantur ſtatuere: Hiſpanicā rationē officiorum, beneficiorumque tum ciuilium, tum Eccleſiaſticorum repartiendorum per *nouam indultorum* (vt vocant) *formam* inuehere: Eaque palam ad ſuam libidinem abuti: Indultorum poteſtatem ſibi vendicare: Viglio tamen nonnullam partem concedere: Hac ratione vacantium munerum ac beneficiorum erogationem interdum in longum tempus trahere. Interdum primo quoque die quaſi ſub haſta & auctione, ac nonnunquam etiam iteratò vendere: mercedem vnâ cum ſuis Proxenetis ac Sectoribus palam repartiri. Seſe pro archiepiſcopo Mechlinienſi ac Metropolitano non modo totius Brabantiæ, verum etiam vniuerſæ prouinciæ Belgicæ gerere: & accepto à pontifice galero cardinalitio, Principes omnes præ ſe ſpernere: Ciuitatibus acerbè minari, ſi quæ Epiſcopis autoramentum inire recuſarent: Palam iactare, *Regem niſi copiis Hiſpanicis ac vi externa non poſſe dignitatem atque imperium in Belgio tueri*: Omninò neceſ-

Nemo eſt in Belgio qui hæc non viderit.

neceſſe eſſe, eum à pontifice iuriſiurandi ſacramento, quo ſe ad priuilegia ſubditorum ſuorum, ſtipulatione facta obſtrinxerit, liberari, atque ita ditionem illam ſuam hæreditariam in prouinciam redigere, & quaſi manu ac bello partam, ac non auito patrimonio ad ſe deuolutam, ex libera ſeruam mancipemque efficere, ac demum nouas leges, ac nouam iuris formam tanquam bello victis imponere. Ad eam rem inprimis neceſſe eſſe quatuor aut quinque primariis hominibus gladio ceruicem feriri, in quorum nempe autoritate ac vigilantia, putabat populi ſalutem ac libertatis omnem ſpem conquieſcere. In ſumma, ipſe ſe iam apertè, ſpretis omnibus rectoribus ac principibus, & verò etiam ſpreta Parmenſi Gubernatrice, pro rege ac pontifice gerere, & ad inducendos in epiſcopatuum poſſeſſionem, ac Inquiſitorii muneris functionem, ſuos clientes, vim apertam moliri. *Hac eius vox à multis audita eſt & ad proceres perlata, & etiam legati regii litteris confirmata.*

Huic tantæ & tam manifeſtæ audaciæ putarunt certè prouinciæ Proceres omnino eſſe intercedendum, propterea quod facilè perſpicerēt, niſi aliqua ratione coërceretur, haud poſſe vel patientiſſimam ac Regis amantiſſimam plebem in officio diutius retineri. Neque quicquam tamen vel vi vel malâ arte tētarunt: tantum ſupplici deprecatione apud regem ipſum interceſſerunt, eiusq; Maieſtati planum fecerunt, in tanta iudiciorum acer- Procerum interceſſio.

bitate, in tanta bonorum ciuium oppreſſione, rerumque omnium corruptela, vllam ſpem vix amplius ſupereſſe, vt in veteri officio, atque obedientia, populus retineatur: ſed procul dubio cladem aliquam, ac perniciem totius prouinciæ, niſi mature prouideatur, certam inſtare. Ad eam rem delegatus eſt *Floro à Montigni*, ex ordine aurei velleris. Sed re
1562. *menſe Auguſt.* infecta paulo poſt rediit, propterea quod in Hiſpania non minus ex Inquiſitorum autoritate, quam in Belgio ex Cardinalis voluntate omnia gererentur.

Interea autem temporis dum libertas Religionis in Gallia conſtituitur, publicaque fide promulgatur, finitimæ Gallis vrbes Belgii, eam ipſam, Euangelicam religionem, quam prope totos quadraginta annos intra priuatos parietes retinuerant, tum palam atque apertè publicis concionibus profiteri incipiunt, partim quod viderent nō poſſe ſe aliter à calūniis, quæ priuatis illis ac clādeſtinis cōuētibus vulgò impingebātur liberari, partim quod cernerent populi multitudinem, quæ illam religionem amplexa eſſet, haud ampli' poſſe priuatis tectis occultari, ac propterea neceſſe eſſe, vel vrbes nudari ciuibus, eoſque apud Gallos veteres hoſtes confugere, vel omnino plebis ſtudio, in cæteris omnibus rebus, alioqui obſequentiſſimæ, hac certe in parte nonnihil obſequi. Mox tamen per ſummam Inquiſitionis ac ſuppliciorum acer-

acerbitatem paululum repreſſi ſunt, nec tamen penitus oppreſſi. Quò autem apertius ſuum ſtudium declarabant, eò vehementius *Granuellanus* ſuum illum nouũ epiſcoporum fœtũ enitebatur, & verò Antuerpianos regis beneficio, quo libertatem ac vindicias ab ea ſeruitute obtinuerant, conabatur etiam cõtra Procerum ſententiam priuare. Ita vt res ad grauem aliquam ſeditionem poſſe ſpectare videretur. Quamobrem denuò Legatus ad Regem mittitur ex Gubernatricis & Procerum cõſilio *Armenterus Hiſpanus*, qui planum faciat diutius neque poſſe populum in officio contineri, neque velle Proceres in Reipublicæ adminiſtratione locum poſthac tueri, niſi Rex illam Cardinalis effrenem audaciam cohibeat: eius inuſitatam crudelitatem, ac nouitatis inſtitutum reprimat; ſuam denque liiberalitatem ac beneficium Antuerpianis iam antea conceſſum reipſa confirmet.

Quod certè ita Regi probatum fuit, vt ſe aduerſus Granuellanum grauiter eſſe cõmotum declararet, eumq; confeſtim omni functione priuatum reuocaret ex Belgio. Ex cuius profectione viſa eſt inferioris Germaniæ cuncta prouincia quaſi afflata amœniori aura nonnihil reſpirare: donec iterum Prælesilli Hiſpanici, Regi aurem vellicant, coguntque pro ſuo arbitrio iterum Inquiſitionis iugum Belgicarum prouinciarum recto-

Granuellani diſceſſus. *Anno* 1564.

ribus imperare: Epiſcopos iterum decernere: Edictorum acerbitatem priſtinam ac preterea cōcilii Tridentini obſeruationem iterum vrgere: Ad eam rem eorum adminiſtri Cardinalitii, quos in Belgio ſui ſtudioſiſſimos cum ſumma poteſtate reliquerat Granuellanus, omnem operam nauant; ac ſimul pro ea Reipub. conſtitutione quam abiens reliquerat, facile rerum omnium poteſtatem & cunctam Reipub. adminiſtrationem ad ſe trahunt: Tres conſiliariorum curias pro ſuo arbitrio regunt: Proceres omni authoritate ſpoliant: Denique pro ſua libidine omnia nihilo ſecius quam præſente etiam & regente Granuellano conſtituunt: Inquiſitionis atq; Epiſcoporum negotium nihilominus quam ante vrgent. In eos qui Euangelicam religionem profiterentur, omne genus crudelitatis exercent; eosque cruce, ferro, flammâ nituntur extirpare. Ita vt Antuerpiæ, quæ eſt *ſacri Imperii Marchionatus*, præter alios infinitos, quos partim interdiu, partim noctu trucidarunt, eodē illo tempore quempiam medio foro ad palum reuinctum, & iam ſubmiſſâ lenta flammâ ſemiuſtulatum (propterea quod animaduerterebant & immanem ſupplicii atrocitatē, & viri omnibus notiſſimi probitatem ad miſericordiam populum cōmouiſſe) etiam pugione in pectus defoſſo necarint. Aliumq;, quem cum eo ſimul præſſerant, cū ab Illuſtriſs. Principe Electore Friderico

rico Palatino, ſerio, atque obnixiſſimè repoſceretur (quod eſſet ei iam pridē addictus, & ſcholę moderatorē Heidelbergę ageret) lōgo ac tetro carceris ſqualore & ſimul grauiſſimo morbo propè confectum, vix tandem inuiti dimiſerint. Nam in cæteris ciuitatibus, in quibus ſibi vel plus iuris eſſe, vel minus periculi arbitrabantur, quæ quantaque commiſerint, quid attinet percēſere? Cum Cameraci, quæ antiquiſſimo atq; indubitato iure ciuitas eſt Imperii, eiusq; legibus & ſanctionibus ſine controuerſia paret, probum atq; honeſtum ciuem, propterea quod magiſtratui, nomine mille, ad minimum, ciuium (à quibus ſortitò hoc ei muneris erat impoſitū) libellū ſupplicem obtulerat, cū poſtulatione vt libere ac bona cum pace magiſtratus, *Confeſſionem Auguſtanam*, quam ſe ſequi profitebātur, poſſent retinere, mox vix interiecto quatuor horarum interuallo, fruſtra ad Imperii Cameram prouocantem, capite truncarint: aliaq; eiuſmodi infinita, contra omnem iuris ordinem atque æquitatem palam commiſerint. Ex quibus ſani omnes grauem aliquam populi ſeditionem, atque extremam totius prouinciæ cladē, niſi maturè prouideretur, orituram ſummopere metuebant. Ita vt & Gubernatricis & Procerum nomine tandem *Egmondanus* ad Regem miſſus fuerit cum mandatis, qui impēdentem Reipub. extremam calamitatem, niſi paucorum ho- *Anno* 1565.

minimum audaciæ obuiam iretur, edictorum acerbitas paulum leniretur, tolleretur que Inquiſitio, renunciaret. Ei Rex benignè reſpōdet: omnia Belgicæ prouinciæ cauſa pollicetur: daturumq; operam promittit, vt breui legitimè, atq; ex ſententia, omnia cōſtituantur: ſimulq; dat negotiū, vt ipſi inter ſe in Belgio prouideāt, & formulā, ad quā præſcribant, qua poſſit ſalua religione Catholica, malis incōmodis ac periculis iri obuiam. Quod præſcripſerint, id ſe ſequuturū pollicetur. Ad quam rē reuerſo in Belgiū Egmondano, conuentus inſtitutus eſt triū epiſcoporum, triū theologorū, triū iuris canonici, & totidem iuris ciuilis peritorum, quib. formulæ cōficiendæ negotiū datum eſt. Paulò tamē poſt cū Rex non modo Inquiſitorū ac præſulū Hiſpanicorum importunitate & Granuellani ſcelerū, verum etiam comminatione pontificis legati incitaretur, propoſita non modo excommunicatione, verum etiam æterna damnatione, niſi quauis ratione, vel cum manifeſta totius Belgii internecione, Inquiſitionem introduceret, & vel minutiſſimas nouæ religionis reliquias extirparet; ſtatim quaſi mutata voluntate, formulam illam moderationis in Belgio conceptam (propterea quod, etſi grauiſſima quæque in Euangelicos ſtatueret, & à ſuperiori edictorum atque Inquiſitionis acerbitate quàm proximè abeſſet, tamen in paucis quibuſdam lenior videbatur) prorſus repu-

diat: *Datiſque litteris ad extremum mandat, vt omnino Inquiſitio per totum Belgium decernatur: Inquiſitoribus in ſingulis prouinciis ex ſupremo ſenatu adiungantur conſiliarii, quorum ſedulitate & induſtria in exequendo ſuo munere adiuuentur: Edicta priſtina ad vnguem obſeruentur: Epiſcopi in omnibus ciuitatibus inaugurentur: concilii Tridentini decreta paſſim edicantur: nihil denique ad eos omnes qui religionem Euangelicam profiteantur, eradicandos prætermittatur.* Et ſimul grauiter Iudices ac Præfectos prouinciarum incuſat, quod edicta patris ac ſua non fuerint ſeuerius exequuti, eorumque negligentiæ ac remiſſioni omnium hæreſeôn cauſam attribuit. His literis contra omnium expectationem acceptis, & ad ſingulos prouinciarum præfectos miſſis, euulgatáque Regis ſuprema voluntate, magna omnes cœpit mœſtitia, magna animorum perturbatio, magna denique trepidatio. Ipſi Brabantiç ordines obtulere libellum Gubernatrici, quo declarabant omnino id in ea prouincia fieri neque poſſe neque debere. Etſi nullum reſponſum, niſi valde ambiguum, & quidem longo interiecto interuallo, abſtulerunt. Idem factum eſt à Flandris, Namurcenſibus, Geldris cæteriſque finitimis populis, & quidem etiam ab ipſis Eccleſiaſticis atque Abbatibus. Breuiter ea erat publica omnium conſternatio, vt ſine diſcrimine omnes omnium ordi-

Regis decretum ex quo tumultus Belgici emanarunt *Anno 1565. menſe Decemb.*

num homines ſibi vehementer metuerent. Videbant enim ſibi nihil poſthac ſpei in ſua innocētia reſidere; neminem fore ab improborum hominum audacia & calumniis liberum: propterea quod hoc modo cuiuis poteſtas dabatur in optimi cuiusque ædes, cubile atque arculas, vetitos libellos (quorum erat multitudo innumerabilis) coniicere, atque ita de hæreſi ſuſpectos reddere. Videbant etiam alioqui neminem ab edictorum acerbitate immunem eſſe poſſe, quod ea non ipſos modo ſontes, ſed ſontium omnium amicos, vicinos, propinquos ac neceſſarios, niſi ſe vellent ſuorum neceſſariorum proditores accuſatoresque præbere, grauiſſimis mortis pœnis inuoluerent. Videbant denique vel ipſis reſipiſcentibus, atque ab incœpto reſilientibus omnem veniæ ſpem præciſam eſſe, eosque pro magno beneficio non modo ignominiam, ac lætalem conſcientiæ plagam, ſed etiam capitis ſupplicium reportare. Quod ſanè nec ipſa Hiſpanicæ Inquiſitionis acerbitas vnquam tulit. Denique ita ſecum reputabant, ſi qui, quo tempore nulla gratia, nullaque potentia munus ſuum Inquiſitorum ægrè exequi potuerant, nihil tamen ad ſummam crudelitatem atque auaritiam reliqui ſibi fecerant, iam Regis aperta atque indeflexa voluntate, edictorum publicorum autoritate, conſiliariorum ope atque induſtria, epiſcoporum noua acceſſione, concilii Tridentini

tini

tini ſplendido nomine, Magiſtratuum poté-tia, lictorum ac militum vi & armis in obeũ-da ſua functione poſthac muniantur, nemini profectò homini libero fore tolerabiles. Itaque omnes in extremo metu erant. Neque quiſquam niſi forte ex ipſo ſectorum aut pręːdonum numero, tantam calamitatem putabat ſe à ſuis fortunis, coniugibus, liberis, familia, ab ipſo denique ſuo capite poſſe auertere. Et ſiqui eſſent, qui ſibi vel propter gratiam, vel propter potentiam ab hac parte nihil metuerent (qui erãt certe perpauci) ii tamen ipſi facile videbant, eiuſmodi acerbitatẽ ſine ſeditione, ac tumultu populari minime poſſe conſiſtere. Ex quo profecto nihilo leuius ſibi ſuisque fortunis, quàm cæteri damnum metuebant. In hac tanta omniũ conſternatione ac publica totius prouinciæ mœſtitia, cum ex opulentioribus mercatores cõplurimi, qui ſuam maximè rem agi videbant, ſuosque iugulos vel potius arculas, ac ſcrinia per iugulos peti, diſceſſionem pararent; factũ eſt, vt nonnulli ex nobilitate tum publico omnium, tum ſuo etiam priuato periculo cõmoti, præſertim quod & ad eos querelæ vulgi maximè referrentur, & quodcunque ex ſeditione periculum ortum eſſet, id ad eos propter domicilia, quę pleriq; in agris habebant, prędæ omnium ac latrociniis expoſita maxime pertineret: putarunt coniunctis animis ipſam Gubernatricem coram eſſe adeundam,

planumq; faciendum, quantæ clades ac pernicies Regi, regiis ſubiectis, ciuitatib⁹, populis, ac toti prouinciæ inſtaret, niſi huic regio edicto mature intercederetur. Inquiſitores ſe ſocietatis ad hanc rem ſtrenuus miſſens, promiſiſſentq; ſe omnem daturos operam vt ſeruata quam Regi debebant fide, & Inquiſitio inſtituta tolleretur, & edictorum leniretur acerbitas, conuenerunt Bruxellæ nonis Aprilis, propè trecenti nobiles, iique libellum ſupplicem duce *Brederodio*, Gubernatrici exhibuerunt: quo certè nullam vel ſibi, vel populo libertatem poſtularunt, nullam religionis innouationem popoſcerunt, nihil deniq; regiæ Maieſtati ex ſua autoritate præſcripſerunt. Tantum breuiter cõmemoratis grauiſſimis, quæ pro foribus inſtabant incommodis atq; periculis, ſupplices rogarunt vt Inquiſitorum munus, quod eſſet manifeſtè contra Regis dignitatem ac patriæ libertatem, abrogaretur: Edictaque alia de religione ex Regis & ordinum totius prouinciæ arbitratu decernerentur, quibus eſſet omnibus Belgii incolis quacũque eſſent conditione, poſthac viuendum. Interea verò nulla ab edictorum executione ſuperſederetur, donec ordines regionis pro more maiorum ac omniũ bene conſtitutorum populorum conſuetudine, ad eam rem ex Regis ſententia decernendam conuenirent, ſimul cum aperta proteſtatione, ſi quid ex eorum poſtulationis neglectu reipub.

Anno 1566.
Nobilium conuentus & libellus ſupplex.

reſpub. detrimenti caperet, ſeſe nullo iure eius nomine poſſe intuitari, vt qui hoc ſuo indicio eſſent officio abunde functi. Hanc nobilitatis petitionem ita æquam & iuſtam cenſuêre, non modo proceres omnes, ſed ipſa Gubernatrix, ſenatus omnis, atque omnis denique populus, vt frequentibus omnium principum ac cõſiliariorũ ſententiis, Gubernatrix polliceretur ſeſe quod peterent, quoad in ſua eſſet poteſtate, facturam, miſſuramque ad Regem legatos in Hiſpaniam, qui totam rem proponerent, daturamque operam vt poſtulata conſequerentur. Simulque ad eam rem legati decreti ſunt *Baro Montigniacus*, & *Marchio Bergenſis*. Interea fore vacationem ab edictorum acerbitate atque Inquiſitionis carnificina ſanctè, & quidẽ promulgatis ad eam rem reſcriptis, pollicebatur. Ita vt repente pro omnium ſumma mœſtitia, incredibilis coorta ſit alacritas: omnesque bene ſperare cœperint, & verò non ſolum ii qui patria excedere cogitarant, eam cogitationem abiecerint, ſed non pauci qui pridem anteexceſſerant, de reuerſione cogitarint. His rebus grauiter cõmoti Cardinalitii, atque Inquiſitionis Hiſpanicæ adminiſtri, cæteraque epiſcoporum ac ſectorum turba, qui iam optimi cuiuſque atq; opulentiſſimi bona ſanguinemque ſpe certa deuorarant, varia cœperunt agitare conſilia, quibus tantam prædam, & tam opima ſpo-

lia,è faucibus erepta poſſent recuperare. Nobilium itaque factum grauibus calumniis apud Gubernatricem accuſant: rem ad manifeſtam ſeditionem ſpectare contendunt: Nihil aliud agere eos, quam vt tumultu populari concitato, in fortunas opulentiorum inuadant, & alienorum bonorum præda per dolum conquiſita, ſua nomina, nouis confectis tabulis diſſoluant: Immo verò & ſacrificorum omnium cædes, templorumque & vrbium vaſtationes moliri, aliaque multa eiuſmodi comminiſcuntur, quæ tanto artificio non peſſimæ mulieris animo infigunt, vt relicta Bruxella, antiquiſſima Ducum Brabantiæ ſede, non ſemel ſtatuerit in vrbem aliquam munitam cõfugere. Quod certè quidem perfeciſſet, niſi procerum perſuaſione, quibus erant propius cognitę, totius regionis res, ac rationes, confirmata, animum reſumpſiſſet.

Calumniæ aduerſariorum.

Cum autem viderent eiuſmodi varias atque impudentes calumnias reipſa, & nobilium modeſtia protinus euaneſcere, grauiter apud Parmenſem exagitant, partim quidem tam celebrem, ac frequentem nobilium cõuentum, partim autem fœderis initi societatem, neque hæc ipſa tamen ſatis magnum ad iuſtam criminationem pondus obtinere vident. Itaque in hoc vno inſiſtunt, ac vnum hoc accuſationis caput ſtatuunt; *quod petierint iniri ordinum libera ac legitima comitia*

eam

eam vocem eſſe ſeditioſorum animorum certiſſimum indicium: nihil enim tam imminuere Regis imperium ac Maieſtatem, quam liberum ordinum conuentum, quo vel potentiſſimi quique. Reges ac Principes ſoleant in ordinem cogi. Nec verò cuiquam obſcurum erat, *Granuellanum* & *Viglium* crebris ſermonibus vſurpare ſolitos, vnum illud inprimis Regi cauendum, *ne ordines Belgicæ prouinciæ, pro more maiorum conuocarentur.* Hanc fuiſſe Carolo V. contra ſuperiorum principum ac ducum morem, vnicam imperandi rationem, qua pro arbitrio, quod placeret decerneret, quod videlicet comitiorum ſolennium legitimam coitionem ac libertatem prorſus præcidiſſet, atque ex ſuo ſimul, & eorum quos ipſe ſibi delegiſſet, arbitrio omnia ſtatueret: eandem etiam Regi viam eſſe ineundam, ſi ſartam tectam dignitatem ſuam tueri velit, neque quicquam tãtopere debere odiſſe, atque comitiorum liberorum mentionem. Cum autem ſe animaduerterent, ne hac quidem via multum proficere, propterea quod vno ore omnes comitia deſiderarent, & quiuis non planè væcors facile cerneret, nec vlla re alia æquè ſtabiliri Principum dignitatem, atque comitiis publicis & liberis: nec illos tantopere metuere imminutioni Regiæ dignitatis, ac ſibi ſuisque rebus (fuiſſet enim & adminiſtrationis tanto tempore geſtæ & aduerſæ palam pecuniæ publicæ in comitiis red-

dendæ ratio , & repetundarum ac pecula-
tus dicendæ cauſa) aliam inſiſtunt viam per cuni-
culos ſecundam putarunt , qua & ſanctio-
nibus atque optimorum quorumque ci-
uium conatus eluderent, & comitiorum ſolen-
nium coitionem auerterent. Suadent nimirum
Gubernatrici authores, vt ſingularum pro-
uinciarum ordines ſigillatim conuocet. In
eum cœtum niſi delectum vocatumque, ne-
minem admittat. Itaque iis authoribus co-
mitia tumultuaria prouinciatim inſtituun-
Anno 1566. menſe Maio. tur. Ad ea nonnulli delecti appellantur: quo-
rum autem vel maximè intererat adeſſe, qui-
que antiquo iure & perpetua conſuetudine
adeſſe ſemper conſueuerant, prætermittun-
tur, nonnulli etiam palam egredi iubentur,
nonnullis ſilentium imponitur: ſpatium
deliberandi cum cæteris collegis, & pro-
uinciæ ordinibus ac magiſtratibus pleriſ-
quemadmodum ferebat omnium comitio-
rum vetuſtiſſima receptiſſimaque conſuetudo,
omnibus [illegible] adimitur. Præci-
puæ etiam Belgii prouinciæ, quarumque res
maximè agebatur, *Brabantia* nimirum, *Hol-
landia, Flandria, Gelria, Zelandia* ditiones-
que *Limburgenſis & Luxemburgenſis* negli-
guntur, neque omnino conueniendi poteſtas
datur. Itaque ad nonnullos paucos, quorũ inge-
nium conſtabat e compoſito ſubornatos eſ-
ſe, refertur de approbanda moderatione edi-
ctorum concepta formula, quæ ad ſpeciem
quidem

quidem videretur eſſe paulo lenior, ad ſenſum autem & veritatem, erat ſuperioribus edictis etiam acerbior; hoc vno tamen lenior, quod pro flammis, *crucem*, *laqueos*, ac *patibula*; pro Inquiſitione, *viſitationem* ſubſtitueret: profugis verbo quidem bona non eriperet, ea tamen cautione circumſepiret, vt nemo non ſtultiſſimus facilè poſſet animaduertère nihil aliud quæri, niſi occultiorem ad priſtinas proſcriptiones, atque vſitatam crudelitatem cuniculum. Præſertim cum iam manifeſtè ad prouinciarum Præfectos ac Prætores ſcriberet Gubernatrix, vt pro veteri ſuo more ex edictis regiis, de religionis cauſa cognoſcerent, neq; quicquam, etiam ſi fortè ipſamet aliter iuberet, de priſtina ſeueritate remitterēt. Cū apertè Inquiſitorum furor atque audacia nihilo leuius quā antehac impunè graſſaretur; cum monachi ac cęteri concionatores non modo nobilitatis ordinem cōtumeliis proſcinderent, plebemq; in eos qui libellum ſupplicem exhibuerant, armarent, ſed etiam Principes ipſos nominatim ſeditionis perfidię ac rebellionis ex ſuggeſto apertè inſimularent, iiſque perniciem atq; extremam cladē à rege palam comminarentur: cum denique certiſſimis indiciis omnes cognoſcerent, & multorum etiam litteris ac ſermonibus vndique cōfirmaretur, nihil aliud agi quam vt plebi aliqua ratione illudi poſſet, vt exinde collectis virib.

Hæc apertè ac palam, in templis Antuerpiæ, multiſq; aliis locis audita ſunt.

non modo in plebem, ſed vel maximè in principes quoſque viros, tanquam in perduelles animaduerteretur. Tandem tamen cum iam quid agẽdum eſſet, inter ſe decreuiſſent, proponunt etiam Brabantiæ ordinibus formulam illam moderationis; ſed confeſtim non expectata eorum reſponſione promulgant. Dum hæc autem geruntur, ii qui religionem Euangelicam pridem profeſſi, priuatis ædibus hactenus ſe continuerant, certa ſpe fore, vt aliquãdo cauſa propius cognita calumniiſque, quæ illis falſo impingebantur, detectis, religionis ſuæ, quam verbo Dei parati erant confirmare, libertas non minus eis concederetur, quam Gallis à Rege Galliarum publica ordinum omnium aſſenſione conceſſa fuerat: cum iam ſe animaduerterent ſua ſpe, atq; exſpectatione deluſos, indies grauioribus calumniis opprimi, neque vllam ſibi vel in Regis clementia vel in comitiorum expectatione, non modo æqui iudicii, ſed ne audientiæ quidem ſpem reſtare, neque tamen deſinerent paſſim omnes Euangelii prædicationem põſcere, ita vt iam nullis amplius ædibus priuatis tanta multitudo capi poſſet, cœpêre nõnulli primum quidem in Flandriæ extremis finibus, quibus maximè graſſata fuerat inquiſitionis laniena, ac mox in Brabantia, Hollandia, cæteriſque omnibus prouinciis, ad prædicationem Verbi diuini in agris conuenire, ſuamque doctrinam publice proponere,

nere, vt & calumniis vaniſſimis aliquando ſe, vel ipſis aduerſariis iudicibus, liberarent, & ſimul qui, quales, quove numero, & qua dignitate eſſent, omnibus planum facerent. Ad eos conuentus initio quidem inermes, mox tamen, cum diriſſima quæque aduerſarii palam comminarentur, nonnulli vel gladio, vel conto, vel fuſte (vt ſolent qui ad iter ſe accingunt) pauciſſimi certè ſclopis armati acceſſerunt. Eorum autem numerus paulo poſt ad multa hominum millia excreuit.

Artes Cardinalitiorum, ad opprimendos Euangelicos.

Hos cum viderent Cardinalitii haud facilè aperta vi opprimi poſſe, propterea quod & numero, & gratia, & potentia, & æquitate cauſæ, & vitæ probitate, & denique actionum integritate magnas ſibi vires acquiſiiſſent, maximè verò quod magna nobilitatis pars (cuius non modo ſtudium pacis publicæ, quod exhibito libello ſupplici nuper teſtati erant, ſed etiam omnes actiones in varias calumnias rapiebantur) non ſolum eis nõ aduerſaretur, ſed potius etiam apertè faueret, iterum ad dolos ac fallacias animum adiecerunt. nobilitatem (quæ in iis rerum turbis, quomodo ſibi conſuleret, & atroces aduerſariorum calumnias ac violentam audaciam à ſe auerteret, conſultura, *Sanctotrudoni* celebrem conuentum agebat) variis artibus circumueniunt. Ac primum quidem eô conantur impellere, vt ſe concionum publicarum hoſtes gerant, easq; vi armata diſſipẽt. Quod

cum fruſtra fieret reluctantibus nõnullis, qui eam religionem palam profitebantur, alia via adorti ſunt. Simularunt eorum opera vti ſe velle ad componendas populi turbas. Itaque propoſitis nonnullis mandatis, impetrant vt ad Parmenſem Gubernatricem legati ex iis mittantur, qui tandem de omni re ex æquo, & bono, vti e re publica maximè fore videretur, tranſigant. Cum iis Bruxellam bona fide profectis paciſcuntur. Gubernatrix poſtulat, vt omnem tumultum popularem pro viribus reprimant: Regi Regiisque magiſtratibus omnem obſeruantiam præſtent, armorum cogitationem abiiciant, ſiniſtram ſuſpicionem omnem deponant: Regem eorum factum probare, & verò etiam boni officii loco ducere ſibi certò perſuadeant: illa viciſſim eis ſtipulantibus, liberas fore conciones, quibuscunque locis hactenus fuerint, pollicetur, imo verò ex authoritate magiſtratus loca ſingulis ciuitatibus ac municipiis, quibus ante conciones habitæ fuerint, iri deſtinatum, quibus ſine omni metu ſuas prædicationes poſſint exercere: Religionis profeſſionem nemini fraudi fore, modo vt ſe cæteroquin in officio contineant, neque ſe in templa inuadant, aut quicquam poſthac moueant: fit vtrinque ſolennis ſtipulatio. Illi fidem iureiurando ſuique deuotione præſtant. Parmenſis ad ſuam aſſeuerationem, etiam conſilium

Hæc tranſactio inita eſt Bruxellæ 24. 25. & 26. Aug. 1566.

lium procerum qui fidem ſuam interponunt, adhibet,& ſimul diploma Regio ſigillo confirmatum, tradit. Paulo etiam poſt [1] ſingulis prouinciarum Rectoribus, ac Magiſtratibus datis literis promulgari hanc tranſactionem iubet, & ſecundum eam, Rempublicam omnem adminiſtrari, & poſt etiam publico [2] edicto inhiberi, ne alteri alteris nomine Religionis maledicerent, vel vllum cõuitium facerent, cum omnes vtriuſque Religionis in tutela ac protectione Regia eſſe declararet. Contigit autem interea dum hæc Bruxellæ tranſactio iniretur, primum quidem in occidua [1] Flandriæ parte, deinde etiam in aliis permultis [2] ciuitatibus prope eodem tempore, imagines, ſtatuas, atque altaria è templis euerti, aſtu ne aduerſariorum, qui iam pridem omnes occaſiones accuſandæ plebis erant aucupati, vt ſpecioſo aliquo prætextu militem cogere poſſent, an verò prauo nonnullorum zelo, qui exiſtimabant non poſſe ſe niſi euerſis idololatriæ inſtrumentis pœnitentiã peccati commiſſi ritè profiteri, incertũ eſt. Illud profecto cõſtat in multis [3] ciuitatibus ſacrificos primũ cœpiſſe pretioſiſſima quæq; ſigna ac vaſa ex tẽplis aſportare, deinde cõſecutos pueros atq; infimã

1 Patet ex diplomatum exemplis & edictis magiſtratuum promulgãtis, & poſt publice excuſis. Abolitio edictorum Antuerpiæ promulgata eſt vltima Auguſt 1566. Bruxellæ 24. Aug. præſente comite à Mansfeld, nomine Regiæ Maieſtatis & conciones permiſſæ à Gubernatrice 25. Auguſt.

2 Alterum edictum de non conuiciando Antuerpiæ

3. Septemb. Bruxellæ 6. Septemb publicatum eſt. In cæteris ciuitatibus pro ratione interualli locorum. 1 11. 12. 13. *Auguſt.* 1566. 2 *Antuerpiæ 20. Auguſt. Bredæ, Buſcoducis 22.23. in Hollan. & Zelandia 25.26. &c.* 3 *Antuerpiæ & Bredæ in Brabantia, & in pleriſque Hollandiæ locis.*

plebem cętera plęraq; diſieciſſe; in nonnullis etiam magiſtratus pontificios, & quidem religioni euangelicæ aduerſiſſimos,[4] autoritate publica ſtatuas, imagines, cæteraque ſigna demol.tos eſſe. Eorumque autoritate atque exemplo nonnullos bonos ciues, ſummi magiſtratus decreto id factū ratos, idem præſtitiſſe. Cuicuimodi ſe res habeat, omninò fuit hæc occaſio Cardinalitiorum, ac Inquiſitionis machinatorum inſtituto quàm maximè opportuna. Confeſtim enim milite raptim collecto, plærosque eorum qui huic iconomachiæ operam præbuerant [5] comprehenſos, ac in vincula coniectos, in crucem ſuſtulerunt. Neque tamen vllis quæſtionibus aut tormentis vnquam extorſerunt (quod maximè expetebant) vt confiterentur vel miniſtros Eccleſiarum, vel conſiſtoria; vel ex iis qui nomen aliquod inter Euangelicę religionis ſtudioſos obtinerent, huiuſce rei autores fuiſſe. Quin potius vno ore omnes faſſi ſunt (quod vel ex eorum concionibus ac ſtudiis omnibus quibus eiuſmodi factum improbabant, apertiſſimè liquebat) iis inuitis ac dolentibus fuiſſe factitatum. Itaque Gubernatrix non deſiit,[1] cœptam ex tranſactionis forma conſtituendæ Reipub. rationem perſequi. Eoque nonnullos ex procer bus, nõnullos ex confœderata nobilitate, publica autoritate in ciuitátes amādat, qui res ex præſcripto tranſactionis conſtituant, loca templis ædifi-

[4] Gandaui in Flad. Haga comitum, in Hollandia, Lira in Brabantia: etiā Mechliniæ iuſſu magiſtratus factū conſtat.

[5] 25. Auguſt. 1566. & 28. & inſequentibus diebus

[1] Patet ex poſterioribus edictis de non conuiciando, ex templorū conceſſione, ex pactis cum plebe initis.

ædificandis atque habendis concionibus plebi conſignent, fideque publica ab omni metu ac periculo ſecuros eſſe iubeant, ac pręſidiario milite nequaquam ſe grauatum iri pro certò affirment. Quibus certè rebus omnis populus mirificè exhilaratus cœpitquaſi ex turbulenta tempeſtate in portum tranquillitatis appulſa nonnihil ſe recreare: metum omnem deponere: fide publica accepta datáque, & obſignatis tabulis confirmata, tépla conſtruere: religionem libere ac tranquillè exercere.

Neque tamen propterea vel ſumptis de imaginum euerſoribus grauiſſimis ſuppliciis, vel editis tam certis ad Eccleſiarum teſtandam innocentiam confeſſionibus, aduerſariorum furor conquieuit. Quin verò exultabundi quaſi iam oblata eſſet ſponte occaſio puniendorum rebellium, neque quicquam à nobilitate (quę illam iconomachorum inſolentiam ſibi diſplicere non obſcurè teſtabatur) poſthac foret metuendum, paulatim & tamen apertè ac palam militem nuper collectum magno numero auxerunt, præſidia vrbibus hoc prætextu quod in iconomachorum inſolentiam tantummodo vellent animaduertere, palam impoſuerunt, ſeſeque neceſſariis omnibus cómuniuerunt, donec rebus ex ſententia conſtitutis, conſpicati plebem, iam in fide publica tum Procerum, tum ipſius Gubernatricis, tum denique Regii no-

minis, ſigilli atque diplomatis tuto acquieſcere: nobiles etiam qui nunquã ita proterue ac perfide ſe deluſum iri arbitrabantur, nihil mouere: apertè prę ſe geſſerunt quid haberẽt in animo: iis.n. locis quibus minus eſſe ſibi metuendum exiſtimabant; quibusve Magiſtratum pro ſuo arbitratu conſtitutum habebant, primumquidem nouis promulgatis, & quidem admodum ambiguis edictis, atq; illuſoriis interpretationib. diplomatis de trãſactione promulgati autoritatem conuellere, multis locis tabularum fidei publicæ obſignationem de die in diem extrahere, & variis cauillationibus miſeros ciues ludificare, plærisque locis Magiſtratus, quos norant eſſe æquiores, abrogare, homines improbiſſimos, & ad omnem audaciam inſtructos, cõtra ciuitatum inſtituta pro ſua libidine in eorum locum ſufficere. Ac tũdemumquaſi perruptis repagulis per ſummã licentiam armata manu conciones diſturbare; miniſtros, ac deinde ciues ipſos contumeliis omnibus laceſſere, telis ſauciare, poſtremo aperto latrocinio in eos graſſari, multos in vincula, multos in crucem agere, complures exilio mulctare, nouas iuriſiurandi formulas, quibus Pontificiæ religioni ſe obſtringerent, contra pacta conuenta, firmataque præſcribere: & eos qui obire recuſatẽt pro hoſtibus ac perduellibus Regię Maieſtatis habere, infantes ſemel ſacro baptiſmatis fonte tinctos, rebaptizare: quicun-

quicunque religionem Euangelicam profitentur iis arma omnia ad mere: cæteram plebem in eos tãquam in hoſtes publicos armare. Nec enim iam ſoli ſacrifici & concionatores de ſuggeſto plebẽ in eos quaſi proclamato celeuſmate ad arma concitabant, ſed multis etiã locis ipſi magiſtratus qui ad Cardinalitiorum Inquiſitorũq; libidinem conſtituti erant, dato claſſico ad ſeditionem ac tumultũ popularem aduerſus miſeros Euangelicos, quibus per contumeliam nomen *Geuſiis*, id eſt, *mendicis*, iampridem dederant, omnem licentiam concedebant. Atque hinc profecto duxit originem funeſtiſſima illa florentiſſimæ prouinciæ atque extrema calamitas. Tum enim primum cœpit celebris illa Valencenarum vrbs à ſuis popularibus ac ciuibus hoſtili more obſideri, propterea ſcilicet, quod tam crudelem militem eo numero qui imperabatur, quatuor nimirum equitum cohortes, & quinque peditum vexilla non confeſtim mœnibus accipere annuiſſent, ſed diem ad deliberandum ſumpſiſſent, ac nonnullas cauſas afferrent, quo minus id ſibi eſſet integrum, præſertim cum haberent atrox ac funeſtum militaris audaciæ exemplum in vicinia. Idem enim ille miles, qui eis contra leges ac priuilegia, contra deniq; fidem nuper datam obtrudebatur, paulo ante in agro atque oppido vicino Sanctoamandi miſeris hominibus, quicunque re-

ligionem profiterentur per vim omnia eripuerat, vſque eò vt etiam tenellulis infantibus caligas è cruribus detraheret: matronas ac virgines horrendo Beniamitarum exemplo alteri poſt alteros viciſſim conſtuprarant, ac demum ad tympani fremitum ſub haſta venundederãt, nonnullos lenta flamma paulatim vſtulatos necarant, grauidis matronis ferro vterum aperuerant. Quorum horrendis veſtigiis merito profectò exterriti Valencenenſes, ſupplices rogabant, ne cogerentur eiuſmodi militem mœnibus ac tectis accipere, cuius auaritiæ, libidini, atque crudelitati videbant ſe, ſuam vitam, coniuges, liberos, & conſcientiam denique ipſam fore mancipandam, præſertim cum ante quadriennium, ea conditione militi præſidiario ſtipendium de ſuo perſoluiſſent, ne poſt amplius vllo milite grauarentur. Nec tamen ita plane recuſarunt, quin apertè & Parmenſi Gubernatrici, & cęteris prouinciæ primariis Rectoribus ſupplices nuntiarint, paratos ſe eſſe ad recipiendum illorum aliquo duce, quocunque etiam numero militẽ, modo vt ne fraudi eſſet Religionis libertati, quæ iam illis ipſius Parmenſis edicto, regii diplomatis fide, procerum ac nobilium aſſeueratione, atque omnium denique magiſtratuum aſſenſione paulo ante conceſſa fuerat. Sed ne tãtillum quidem hac æquitate atque modeſtia profecerunt, verum protinus vt hoſtes ác perduelles publicè pro-

cè proſcripti ſunt. Ciuitas obſeſſa donec tandem cum Gubernatricis literis, quæ clementiam omnem ſpondebant, illecti ſe in fidem Norcarmii, qui eos obſidebat, dediſſet, multi gladio percuſſi, multi in crucem acti, multi ignibus cõcremati, infiniti per licentiam militarem ſclopis traiecti ſunt; neque quicquã omnino in eos prætermiſſum eſt, quod quidem ſolet furor militaris in expugnatis ciuitatibus perpetrare. His tot ac tam crudelibus exemplis commoti plerique, cum iam ſe cernerent circumuentos neque publica fide, nec pactis conuentis, iuratisque, nec regiis edictis ac diplomatibus, à militari furore atque audacia ſatis tutos eſſe, ſuos aduerſarios magna vi ac bellico apparatu hoſtilia quæque aduerſus eos vndequaque moliri, & verò etiam perpetrare nullam ſibi ſalutis ſpem vſquam amplius reſtare (ſeſe enim iam apertè ab aduerſariis, non modo vt hæreticos, ſed vt ſeditioſos, publicæ pacis perturbatores, templorum euerſores, ac Regię Maieſtatis perduelles haberi, ac tametſi ſuam innocentiam ſæpius ac multis certiſſimisque indiciis, & reorum etiam confeſſionibus teſtatam feciſſent, ſeſeque vltro legitimis Iudicum ſententiis ſubiicerent, nihilominus tamen apud Regem de eiuſmodi atrociſſimis criminibus eorum nomina eſſe delata intelligebant) putarunt ſibi ad preces, ad vota, ad lacrymas, & ſupplicationes

eſſe confugiendum, Regisque iram calumniis aduerſariorum vehementer inflammatam ſupplici deprecatione ac ſincera purgatione leniendam. Itaque libellum ſupplicē exhibent, quo Regis clementia implorata, ſuā teſtantur innocentiā, calūnias aduerſariorum, præſertim quæ templorum vaſtationē ſpectabant, à ſe auertunt: nullam in ſe nō modo culpā, ſed ne ſuſpicionem quidem rebellionis meritò deriuari poſſe docent: fidē, obedientiam, atq; obſequia promtiſſima Regiæ Maieſtati, quacunq; tandē in re ſupplices deferunt: hoc vnū obſecrant, vt Religionis ſuæ quam verbi Dei explorationi ſubiiciūt, exercendæ libera poteſtas detur, ne conſcientia iniquo imperio grauetur, pro quo beneficio nomine gratitudinis ac certi indicii ſuæ erga eius Maieſtatem obſeruantiæ præter omnia ordinaria munera, ſolita vectigalia, atque onera, tricies centena florenorum millia intra ratum tempus fiſco Regio ſe repræſentaturos & ad eam rem ſati daturos, templa nulla occupaturos, ſed omnem obediētitiam, fidem atq; obſeruantiā ſedulo ac ſolicitè præſtituros pollicentur. Eum libellū ſingulis magiſtratibus prope ſingulæ ciuitates exhibēt, ac ſupplices ab eis poſtulant, vt ad hanc rem ſuam operam, ac fidem miſeris ſuis ciuibus præſtare non dedignentur. Idemq; à Proceribus & ab ipſa Gubernatrice flagitant, & ne quicquam inexpertum relinquant, quo ſuam

Meyſe Nouemb. 1566.

erga

ergaRegem fidem toti orbi teſtatam faciant, *Menſe De-*
etiam miſſis legatis ac literis nonnullos Ger- *cemb.*
maniæ Principes, quos à ſua Religione non
planè abhorrere iudicabant, obnixè orant, vt
illi etiam Regis clementiam pro ſe ſuaque in-
nocentia dignentur deprecari: &, ſi qui apud
Regiam Maieſtatem æquitati & clementiæ
ab aduerſariorum calumniis locus ſit reli-
ctus, imminentem calamitatem à ſuis ceruí-
cibus deprecatione auertere. Denique v-
bi ne hæc quidem ipſa vident vllum fructum
facere, quin potius animos aduerſariorum
grauius exacerbare, & in deterius omnia
rapi, quaſi oblata illa pecuniæ ſumma ſuas o-
pes atque potentiam oſtentare, ac regiæ Ma-
ieſt. minari vellent, & interpellatis Germaniȩ
Principibus, contra eius voluntatem abuti,
neque vllum vel purgationi vel deprecatio-
ni locum ſibi apud ſuos magiſtratus reliquū
eſſe, eorum aures, oculos, atque animos to-
tos eſſe aduerſariorum criminationibus oc-
cupatos, tandem lacrymabiliter apud Bre-
derodium cæterosque nobiles, qui ex Gu-
bernatricis mandato, fidem ſuam ſuperiori
tranſactioni apud plebem interpoſuerant, tā
iniquè ac perfidè contra publicam fidem da-
tam, & pacta conuenta iurataque ſecum agi
expoſtulant, rogantque vt fidem ſuam quam
Gubernatricis ac procerum mandato inter-
poſuerunt, exſoluant. *Brederodius* nobilium *Anno 1567.*
8. Februa.

nomine litteris ad Parmenſem datis in colloquium admitti poſtulat: paſſus autem repulſam, poſtulata plebis, adiuncto etiam nobilium ſupplici libello, ad eam mittit, de tam aperta iniquitate expoſtulat, rogatque vt fidem ſuam poſſint liberare, vt ex tranſactione, ac publicis pactis cum populo agatur: ne cuiquam religio ſua ac religionis adminiſtratio fraudi ſit: libertas promiſſa Religionis concedatur: miles contra iuriſiurandi fidem datam collectus exautoretur. Denique ex æquo & bono & ex pactis iuratis Reſpublica adminiſtretur. Illa reſponſo dato ambages quærit, aucupia verborum nectit, non religionis adminiſtrationem, ſed tantum conciones permiſſas eſſe: de Baptiſmo, de Cœna Domini nihil actum. Itaque à plebe primum pacta eſſe violata. Breuiter, non obſcurè præ ſe fert, iis pactis ſe poſthac teneri non velle, ſed ex ſuo arbitrio, quando ſe potentiorem eſſe facilè ſentiat, cuncta adminiſtrare: ac demum ſignificat & Brederodium & omnes nobiles, quotquot libellum illum ſupplicem nuper exhibuerint, ſeditionis autores eſſe, ac propterea pro perduellib⁹ ac læſæ Maieſtatis reis atque hoſtibus patriæ a ſe haberi, & tanquam in eiuſmodi criminis conuictos, Regem proculdubio eſſe animaduerſurum: ſe interea ſua autoritate pro arbitrio vſuram. Hæ literæ ad Brederodium cæterosq; nobiles confœderatos miſſæ, mirum dictu,

16. Februa.

quan-

quantopere eos perturbarint: videbant enim ſe iam apertè deluſos eſſe, fidem ſuam populo obſtrictam, hinc pro perduellibus ac læſæ Maieſtatis reis, hinc pro perfidis, quique vana pollicitatione plebis animos lactauerant, eosque aduerſariorum mactationi, & laniene obiecerant, haberi: pacta conuenta, Regium nomen, ſigillum, diploma in nullo precio eſſe: tranſactionem factam, pro eſca, quâ illecti in retia inciderint, per ludibrium haberi: nullum non modo purgationibus, ſed ne deprecationibus quidem locum reſtare: præterea apertè ſe pro hoſtibus haberi, omnia vbique loca militibus paulatim obſideri, quibus propediem ita vndique cingantur, vt ne exitus quidem ad fugam reliquus ſit futurus. His anguſtiis preſſi, tandem etiam extrema neceſſitate coguntur tumultuarium militem conſcribere, non quidem vt hoſtile quicquam tẽtent, ſed vt tandiu ſe à vi, atque iniuria aduerſariorum tueantur, donec vel equitati locum, vel effugio viam inueniant. Quod ſi alioqui Regias ciuitates inuadere voluiſſent, nemo eſt rerum in Belgio ita rudis atque hoſpes qui poſſit ignorare, multas ciuitates miſſis legatis eorum fidem imploraſſe, precataſque vt tantummodo liceret cõceſſu atque authoritate Brederodii, qui nobilitatis confœderatæ dux erat, ſe contra inſolentem aduerſariorum ferociam armis tueri. Valencenenſes etiam vnum aliquem ex nobilitate ducem

poſcebant, multæq; aliæ ciuitates inter cęteras, & viribus & potentiâ, & ciuium numero facilè principes idem poſtulabant: & ſanè plæræque in eorum ſi vellent, erant poteſtate. Nec tamen cuiquam tale quid vnquam vel verbo permiſſum eſt, niſi quod Buſcoducenſibus datus eſt vnus, qui ciuitatem & Regis & Confœderatorum nomine aduerſus exterorum militum inſolētiam tutaretur, & aditum ſi fortè intercluderetur Nobilitati patefaceret. Cæteri omnes reiecti ſunt, non quod eſſet difficile munitiſſimas quaſque ciuitates occupare, præſertim ſi *Auraicæ Princeps*, quem nunc cunctæ ſeditionis authorem impudentiſſimè mentiuntur aduerſarii, vel cogitatione tantum cōcepiſſet contra Regis ac Parmenſis voluntatem quicquam tentare, cum ad eius pedes ſe abiiceret vniuerſa ferè prouincia, eius fidem atque auxilium aduerſus tam violentos prædones ac perfidos tyrannos imploraret; ei ſe ſuaque omnia committeret; ipſe etiam præter Hollandiam, Zelandiam agrumque Trāſiſelanum, quibus locis præfectus erat, quæque vel maximi ad occupandam vniuerſam prouinciam momenti eſſe nemo ſanè neſcit, Antuerpiam, Mechliniam, Buſcoducum, multasque alias præcipuas ciuitates, vel ſolo nutu in ſua poteſtate poſſet retinere. Sed noluit optimus Princeps in ſua erga Regem fide, vel tantillum deſiderari. Dedit quidem
ea con-

ea conſilia, tum ipſi Gubernatrici, tum ciuitatibus, quæ ſi valuiſſent, facile potuiſſet & Hiſpanienſium aſſeclarum audacia, atque cupiditas tyrannica refrenari: & omnis prouincia in fide Regia pacata ac tranquilla retineri. At verò vt vel arma ipſe ſumeret, vel ciuibus ſumendi poteſtatem daret, omnino adduci nunquam certè potuit. Eius authoritatem atque moderationem porrò quã potuerunt, proximè inſecuti ſunt etiam cæteri nobiles confœderati: niſi quod vi ac neceſſitate tandem coacti ea arma ſumpſerunt, quæ non ad inuadendas ciuitates, aut vim inferendam, ſed ad propulſandam à ſuis capitibus aduerſariorum ferociam, & viam ad effugium ferro aperiendam eſſent neceſſaria.

Probatio ex iis rebus quæ ante Albani aduentum geſta ſunt, qui ſint tumultuum Belgicorum authores.

Atq; hæc quidem ferè vſq; ad *Albani* aduẽtũ, ita vt diximus, geſta ſunt: quæ quidẽ putauimus eſſe paulo diligentius exponenda, vt ab omnibus intelligatur, quàm inique nobiſcum agant aduerſarii; qui, cum pro ſua libidine omnia geſſerint, acerbiſſima tyrãnide, totos quadraginta annos nos oppreſſerint, ac tandem grauiſſimam tempeſtatem variis dolis ac machinationibus excitarint, qua nos, noſtras fortunas, coniuges ac liberos concuſſos ſibi manciparent, & florentiſſimam Belgii prouinciam in funeſtiſſimam calamitatẽ ac turpiſſimam ſeruitutem adducerent; iam tamen etiam non deſinunt nos atrociſſimo-

rum criminum paſſim apud omnes totius Europæ Principes ac populos arceſſere, & in nos ſuarũ cupiditatum fructus & criminum culpam deriuare. Quiritantur, ſcilicet, quod nõ toto corpore, totoque, vt aiunt, iugulo, eorum gladios exceperimus. Dolent nos ſibi ereptos; tantum facultates ac prædia eorum auaritiæ permiſiſſe; vitam, coniuges, liberos, animam denique ipſam atque conſcientiam eorum furori, libidini, tyrannidi atque impietati non concrediſſe. Alioqui quid eſt in quo criminationis caput ſtatuũt? an in ſocietate atque confœderatione Nobilium? At legantur confœderationis tabulæ. Ipſę profectò nobis tacentibus loquentur, nihil eos tentaſſe, nihil egiſſe, nihilque cogitaſſe aliud, niſi vt Regi omnem obſeruantiam, fidem atque obedientiam præſtarent; tantum ſummæ crudelitati, auaritiæ & cupiditatibus non nullorum improborum ipſa Regiæ Maieſtatis ope atque autoritate voluiſſe intercedere. Et ſi tabulis eorum manu propria obſignatis nõ creditur, credatur ipſis reb. Dum enim eſſent adhuc omnia integra, quid eſt quod moliti ſunt? Annõ libello ſupplici à Rege poſtularunt, Inquiſitionis effrenem poteſtatem abrogari, edictorum acerbitatem leniri, aliaque edicta de religione ex ipſius Regis atque ordinum præſcripto edi? At enimuero hoc ipſum eſt, in quo caput aduerſariæ accuſationis verſatur: quod ſcilicet homines liberi, nobiles,

De nobiliũ confœderatione & libello ſupplici.

biles, patriæ ac tranquillitatis amantes, Regiæ Maieſtati addictiſſimi, auſi ſint libello ſupplici poſtulare, vt edicta contra omnem æquitatem, contra Regiam dignitatem, & cōmunem omnium ſalutem, per errorē ac falſam perſuaſionem introducta, antiquarentur, atque ordinum legitima comitia ad rempub. conſtituendam inirentur. Hîc iam vos appellamus Inuictiſſime Romanorum Imperator, cæterique Chriſtianæ religionis Principes illuſtriſſimi, ac per Deum immortalem eiuſque Filium Ieſum Chriſtum, cuius nomine cauſam dicimus, obteſtamur, eſtote ipſi Iudices an hac parte tam grauiter peccatum ſit. An non potius ſanctiſſimum officium ſummi ſceleris loco reputetur? Sanè quum in Brabantiæ Ducem Rex inauguraretur, ſancto iureiurando, & verò etiam pacto cōuento promiſit ſe omnes querelas, rogationes, poſtulata, quæcunque ſibi tandem à Præſulibus, Baronibus, Nobilibus, Ciuitatibus, ac denique Municipiis ſibi ſubiectis, vel ſeparatim à ſingulis, vel ab omnibus cōiunctim exhiberentur, ea ſe omnia æquo animo atque æquis auribus laturum, & quotieſcunque ſua onera ſeu grauamina eſſent propoſitur, id illis ſine vlla fraude vllove offenſionis aut alienati eius animi metu, ſemper integrum fore. Neque omnino paſſurum vt eorum quis eo nomine aut prætextu quid patiatur. Quod ſi fiat, ſeſe in eos, quorum culpa fa-

In iucundo introitu. cap. 41.

ctum conſtabit, grauiter eſſe ac ſeuerè animaduerſurum. Tandem nonnullis aliis interiectis, concludit: quod ſi ipſe aliter ac promiſit, quicquã fecerit, fierive paſſus fuerit, ſe cupere omnes ſuos ſubditos, omni obedientię vinculo tantiſper eſſe exolutos, donec eis ab ea parte cęterisq; omnibus à ſe iuratis plenè ſatisfecerit. Iudicate itaq;, Principes Illuſtriſſimi, an merito hanc tantã & tam grauem Regis offenſionem in ſe ſuosq; ciues ac populares huius poſtulationis exhibitione nobiles acceſſiuerint. Quanquã quis eſt vſq; adeo vecors atque omnium rerum ignarus, qui neſciat Regum ac Principũ maximè intereſſe, vt à ſuis ſubiectis de Reipub. ſtatu ſupplicibus libellis moneantur, & ſimul cõmoda aliqua via, ad publicã tranquillitatem conſtituendam retinendamve proponatur.

Cap. 58.

De poſtulatione comitiorum.

Quis etiam ignorat libera ac ſolennia Comitia in omnibus prouinciis atque omnibus populis non modo ſemper fuiſſe vſitata, ſed etiam habita pro vnico malorum omnium, & calamitatũ publicarum remedio? ac neminẽ vnquam eiuſmodi comitia auerſatũ eſſe, niſi qui populum omni libertatis iure, omni legũ & conſuetudinũ autoritate, priuilegiorũmq; beneficio vellet priuare, ac ſolus pro libidine per fas & nefas in animas ſimul & corpora ſubiectorum tyrannidem exercere? Sane in Germania nihil eſt certius, quam omnẽ ſacri Imperii Maieſtatẽ atq; amplitudinem in hac

vn-

vnaComitiorum ratione cõſiſtere. In cęteris etiã totiusEuropę prouinciis,populorũ ſalutẽ ſimul ac principũ dignitatẽ, in publicis comitiis acquieſcere,nemo vnquã ſanus dubitauit. Pręſertim autem in inferiori Germania id ita ſe habere perſpicuum eſt, vtpote in qua principes omnibus ſęculis ordinum comitiis fuere ſubiecti, ab iis electi, ab iis confirmati, neq; ſine eorũ aſſenſione, & autoritate quicquã vnquã decernere potuerunt,& verò etiã nunquã facturos,[1] *Brabantiæ* priuilegiis, & *Flandriæ* cõſuetudinib. apertiſſimè cautũ eſt. Illa autẽ cũ ſtipulatione & contractu mutuo, in acta conuenta abierint,ac proinde ad ius [2] Gentiũ pertineant:ſanè à principe violari aut reuocari, ſine alterius partis conſenſu plane non poſſe indubitati iuris eſt.

Sed eſto tamẽ: peccarint hac in parte nobiles, fuerit illis nefas ſupplici deprecatione viam cõmmonſtrare; qua communi patriæ internecioni commodè obuiam iretur. Ecquid verò etiam peccauit miſera plebecula, aut ecquo eiuſmodi crimine tantam, & tam inuſitatam crudelitatem in ſe concitauit? Niſi fortè quod publicis edictis Regio nomine promulgatis,acRegio ſigillo confirmatis credidit,putauitque publica fide interpoſita, ſine fraude ſe poſſe Euangelicis concionibus intereſſe? Quod enim cauſantur *a plebe ſumpta aduerſus Regem arma, templa imagini-*

1 Id abundè patet ex iucundo introitu, & præſertim ex articulis 3. 18. & 25.

2 No. ca 1. De proba. Abb. in c. nouit, de Iudi. in 8. col. & Bart. in l. hi qui, ff. de iure immuni. & in l. quod ſemel. ff. de decretis ab ord. faciendis, & in l. ſed omnes populi, ff. de iuſt. & iure, Io. And. in addi. Spec. in t. De cenſib. §. nunc dicendum, & in t. de inſt. edi. §. nunc verò aliqua, Bal. in l. qui ſe patris, c. vnde liberi, & in l ſi cum mihi, ff. de dolo, & in l. nõ nuptæ, ff. de ſenat. aliiſq; locis infinitis, & concordant omnes Doctores. Pacta .n. eſſe iuris gentiũ, nemo ambigit Ius autẽ gentium violari non poſſe, ne à principe quidem, indubitati iuris eſt.

bus ſpoliata, nouam religionem introductam, vana eſt,& calumniæ plena criminatio.

De ſumptis armis.

Quod enim ad arma ſumpta attinet,omnino nemo eſt, qui ea contra Regem Regisve dignitatem vſurpârit. Et verò ante publicam fidem ac iuſiurandum neglectum, ante edicta Regis,quibus Religionis libertas permittebatur violata, pacta conuenta, & pacis publicæ fracta fœdera,nemo homo fuit,qui, niſi ſui aduerſus impendentem ſicariorum ac latronum vim, atque improbiſſimorum hominum apertas commi nationes defendẽdi cauſa ſe armârit,nimirum cùm extra vrbes in concionem irent, ac ſe nonnulli gladio, nonnulli fuſte,aut conto,perpauci ſclopo armarent, prout quiſque peregrè abiens ſolet ſe aduerſus latronum, & ſicariorum audaciam munire. Poſtea verò quam ab hac parte iuſſi ſunt eſſe ſecuri, & à Gubernatrice cautũ eſt,ne quis eis, *quam diu ſe tranquillos continerent vim vllam inferret*,ſtatim ad imperium Magiſtratus arma depoſuerunt, ſeſeque eorum fidei ac tutelæ libentiſſimi commiſerunt. Tandem autem vbi iam contra fidem datam, contra omne ius humanum pariter & diuinum,omniaque priuilegia conſcripto milite in eos tanquam in hoſtes ac perduelles patriæ agi cœptum eſt, dataque militi licentia vt in eos qui ſe publicę fidei commiſerant,rapinis, cædibus, vaſtationibus, ſtupris ac flagitiis graſſarentur,tum demum cœpere

ſe non-

ſe nonnulli portis ac mœnibus contra eiuſmodi inopinatam atque inauditam violentiam tueri. Poſtremò etiam cum iam, non dicam libertatem, non coniugum pudicitiá, non conſcientiæ tranquillitatem, ſed ne vitam quidem ſaluam, ne mœnibus quidem ac portis aduerſus apertam vim tueri poſſent; ſumpta ſunt, fatemur, à nonnullis arma neceſſaria, & illa tamen ipſa neque cõtra Regem, regiumve Magiſtratum, ſed potius ad partam Regis edicto libertatem, contra prædonum ac improbiſſimorum militum audaciam conſeruandam, neque ab omnib. ſed à paucis tantum, qui quando videbant nihil ſibi præter vnum exilium relictum, & verò illud etiam ipſum aduerſariorum improbitate intercludi, vtique vel ferro ſibi ad ſalutem atque effugium viam eſſe patefaciendam duxerunt: quod certè niſi eſſet factum, & Brederodiani militis terror aduerſariorum animos pauliſper dubios tenuiſſet, haud vnus aliquis ex tãta clade, & tam hiantibus aduerſariorum faucibus ſeſe incolumis potuiſſet eripere. Ab aliis autem, aut aliam ob cauſam, arma ſumpta eſſe, ante *Albani* aduentũ nunquam probabunt: tametſi ſe infinitæ perſæpe occaſiones obtulerunt occupandarum vrbium etiam munitiſſimarum, inuadendi ærarii atque expilandi fiſci. Sed noluerunt vnquã quicquam committere, quod non poſſent bona conſcientia, & Deo & omnibus bonis

probare. Quod ſi qui tamen homines inſolentes aliud vel ſpectarunt vel egerunt, cum nec autoribus nec approbatoribus iis, qui eccleſiæ præeſſent, factum ſit, non debet profecto paucorum inſolentiam, tam magna hominum innocētium multitudo luere: nec enim ad nos pertinet, quid nonnulli homines priuati ad ſuas iniurias, vel ab Inquiſitoribus vel à ſacrificis aliisve hominibus acceptas vlciſcendas perpetrarint. Omninò quemadmodum etiam ad nos minimè ſpectat imaginum ac ſimulachrorum euerſio. Noſtris enim vel miniſtris vel ſenioribus, vel deniq; eccleſiis approbantibus minimè id factum eſſe facilè probabimus, niſi fortè ſi qui pauci ex noſtris conſentiente Magiſtratu ſibi id facere fas eſſe exiſtimarint. Quanquam certe quicunque id perpetrarunt, iam ſatis & verò etiam plus ſatis culpam luerunt. Etenim vnius mortuæ ac truncæ imaginis loco, plus quam decem ac viginti viuæ Dei imagines, pro quibus ſanguinem ſuū profudit Dei filius, cæſę, euerſæ atque exuſtę ſunt, & in vnius trunci putris vicem pluſquam decem alii recentes trunci, ac ſtatuę publicis impenſis reſtitutæ.

De imaginum euerſione.

De noua religione.

Quod ad nouam religionem introductam attinet, nemo eſt qui neſciat minime nouam eſſe hanc noſtram religionem. Nam præter quod à Chriſto dierum antiquo, atq; ęterno Dei filio, p Prophetas, Apoſtolos ac Martyres

tyres

ty res nobis à multis ſeculis eſt tradita, etiam conſtat plus minus totos quinquaginta annos in Belgio eam viguiſſe, & priuatis ſemper conuentibus atque concionibus fuiſſe propagatam. Neque vnquam vel iudicio legitimè conſtituto, vel edicto rite compoſito damnatam. Nã & quæcunque iudicia aduerſus eos, qui hanc religionem profiterentur dicta ſunt, ea non admiſſis ad legitimam defenſionem reis, ac verò etiam ore illis pila obturato, linguave præciſa contra iudiciorum morem, per edictorum acerbitatem ac inuitis plerunq; iudicibus ac magiſtratibus, non rarò etiam contra eorum conſcientiam extorta ſunt: edicta verò quæcunque tum à *Carolo* Imperatore, tum à *Philippo* Rege contra eam religionem facta ſunt, ea omnia, quia & contra patriæ leges ac inſtituta, non conuocatis prouinciæ ordinibus (vti ſolenni iureiurando tenebantur) neque aſſentiẽtibus iis, quorum aſſenſio ex iure & more maiorum requirebatur, inuitis etiam plærisque magiſtratibus obtruſa ſunt, & vaniſſimis atque apertæ calumniæ plenis fundamentis, per manifeſtum errorem (vti ipſis edicti diſertis verbis, ſupra à nobis demonſtratum eſt) innixa, ipſo iure planè nulla & irrita eſſe conſtat. Itaque non poteſt profecto hęc Religio noua cenſeri, neque qui eam profitentur, cum nullo ſint legitimo iudicio damnati, vllius criminis debent inſimulari, multo certè minus ſeditionis

Patet ex 3. 18. & 25. articulus Iucundi introitus & infinitis aliis quæ nimis longum eſſet commemorare.

ac tumultus popularis, & verò etiam miſerrimæ huius calamitatis authores exiſtimari. Quanquam quid eſt neceſſe quaſi in re obſcura hæc pluribus diſputare? cum iam apertè res ipſa clamet, neque cuiquam amplius obſcurum eſſe poſſit, in quo huius incendii & calamitatis culpa reſideat. Iam ante attigimus quis animus Hiſpanienſibus Inquiſitoribus ac ſacerdotibus fuerit, quæ conſilia agitarint, quibus adminiſtris vſi fuerint, qua via ſibi dominatum hunc tyrānicum, ac ſummum ſine lege, vllove præſcripto imperium in Belgio conquiſierint. Hæc ſi fortaſſe pro ſolita eorum in cęteris prouinciis moderatione & ęquitate cuiquam minus veriſimilia eſſe videntur, quæ tamen vel pueris ipſis ſunt decantata, certè hoc tempore, his rerum euētibus, his eorum rebus geſtis, hac inaudita Albani tyrannide, quę ante omnium ora verſatur, cui tandem amplius poterunt eſſe obſcura? Ceſſerunt patria, quos illi dicunt rebelles, & etiamſi multis præclaris oblatis occaſionibus potuiſſent res mouere, maluerūt exilium, ac paupertatem obire, quam patriæ funeſtum bellū inferre. Quid? an propterea quicquam de illorum crudelitate remiſſum eſt? annon poſtea quàm in Hiſpania ſuis machinationibus perfeciſſent, vt Rex qui frequenti ſenatu Madridi iurarat velle ſe iniuriam, quam à ſubditis exiſtimabat in Belgio accepiſſe, præſentem vindicare, eoque nomine pa-

A rebus poſt Albani aduentum geſtis.

ne parabat eô profectionem, & ſimul filium atque vxorem Reginam ſecumdeducere ſtatuerat, de ſententia prope inuitus deceſſerit, & quod eum arbitrarentur naturâ ad clemétiam ac lenitatem propenſum eſſe, in Hiſpaniâ remanſerit: *Albanum* ducem quem ſuo inſtituto ſuisque rationibus (tum ex rebus olim in Germania ab eo geſtis, tum ex omni eius vita & maximè ex veteri odio & ſimultate quam cum Belgii proceribus, propter res olim in bello Gallico contra eius ſententiam ac voluntatem proſperè geſtas, etiamdum fouebat) norant eſſe cum primis opportunum, inuito etiam filio, multisque regni proceribus pro ſe legârit, eique ſummam poteſtatem dederit? Annon, inquam, Regis vnicum filium ac Belgicę prouincię legitimum hæredem ac dominum, propterea quod & Albanum auerſaretur, & ab edictorum contra Religionem acerbitate abhorreret, Germanos etiam inferiores beneuolentiâ ſingulari cóplecteretur, carcere tetro clauſum vitam finire coëgerunt? ſparſis vaniſſimis ac diuerſiſſimis de eius obitus cauſa rumoribus? Quid enim Reginâ ipsâ factum ſit, ſatius eſt alios cogitare, quam nos dicere. Illud certè omnes vident quomodo ſe fidus eorum adminiſter Albanus geſſerit. Venit in prouinciam iam pacatam, eiectis vel certè in exilium voluntarium profectis iis, quos putabat ſibi aduerſaturos. Accipitur ab omnibus ho-

norificentiſſimè,neq;vnus quiſquam inuen-
tus eſt, qui non promptiſſima obſeruantia in
legatum regis,ſuam erga regem voluntatem
teſtaretur.

Albani res geſtæ in Belgio.

Hic verò eos non vt ſubditos regios, ſed
vt hoſtes ac perduelles confeſtim habet: in o-
mnes tum euangelicos, tum pontificios per-
æquè ſæuit, principes viros contra omnẽ le-
gum autoritatem, priuilegiorum libertatem
ac in primis contra ſacri fratriæ Burgundicæ
velleris aurei inſignis iura ac ſanctiones, ex
vinculis cauſam dicere cogit: & eius iudicium
vt ſuſpectum atq; illegitimũ recuſantes, ſeq;
corã æquis iudicibus ſiſtere paratos, obtrun-
cat: cæteros qui patriæ tranquillitatem opti-
mis ſanctiſſimisq; conſiliis tutati erant, & tu-
multus populares ac ſanguinis profuſiones
ſingulari prudentia auerterant, perduelles ac
proditores regis & patriæ declarat, cogitque
velint nolint, armis ſumptis tã fœdam igno-
miniæ labem à ſe propellere. Quem armorũ
neceſſariorum (vel quouis viro bono iudice)
prætextũ, ex eo tempore non modo ad calu-
mniam, ſed ad ſummam ſuã tyrannidem titu-
lo aliquo exornandam arripuit, & quod pri-
dẽ animo conceperat, iã exequi cœpit. Itaque
Magiſtratus omnes ſi qui vel æquitatis micã
præ ſe ferrent, cũ ignominia loco mouit; ho-
mines impuros atque omnis generis ſceleri-
bus ac flagitiis coopertos in eorũ locum con-
tra omnes leges ac mores ſubrogauit; nouũ
ſena-

ſenatum Hiſpanorum, ad quos cauſæ capitales referrentur, quique eo nomine *Senatus ſanguinis* dictꝰ eſt, pro ſuo arbitratu inſtituit, eaque ratione Magiſtratus legitimos & ordinarios iurisdictione, & cognitione cauſarum à legibus data priuauit: miſera plebe, quę nullius criminis cõuicta erat, niſi quod diplomati regio, quod Gubernatricis publico edicto, quod publicis tabulis fidem adhibẽs, Magiſtratu conſentiente, cõcionibus interfuiſſet, cruces ac patibula oppleuit: infinitos enſe percuſſit, infinitos lentâ flammâ viuos concremauit, multos etiam non dictâ cauſa capite damnauit: complures diuturni carceris tetro ſqualore enecatos fortunis omnib. euertit, in optimos quoſq; hominibus probroſis, & per omnẽ vitã infamia coopertis, quosque certũ eſſet precio emptos eſſe, teſtimonii dictionem dedit: plęrisq; autẽ quibꝰ vitã eripuit, linguam ante, ne poſſet eſſe tantę iniuſtitiæ teſtis, execuit; nõnullis etiam forcipe cãdente aduſſit; aliis labra ferro acuminato vtrinque transfixa ſimul glutinauit; alios machinulis ferreis ore fœdiſſimè diſtorto, ac diffluẽte tabo & ſanguine, ad ſęuiſſima mortis ſupplicia rapuit. Nihil deniq; Phalaricę tyrannidis prętermiſit. Nec tantũ eos qui Euãgelicã doctrinã profiterentur, ſed etiam Põtificię religioni deditiſſimos, quique ſemper ne quid aduerſus Regem moueretur, omni conatu obſtitetant, variis tormentis excruciatos necauit.

Qui vero patrię calamitatem cernere nequierant, & ſe aliô ad euitandam imminentem tempeſtatem contulerãt, eis diem dixit, & cõfeſtim vix exſpectato vadimonii die, in bona eorum fiſco adiudicata inuolauit, & non modo viduas ac pupillos innocentiſſimos, & verò etiam Pontificiæ religionis ſtudioſos dote ac patrimonio, verum etiam bonæ fidei creditores iuſtis ſuis ac legitimis nominibꝰ fraudauit: inſontium hæreditates ab agnatis & propinquis, quibus propter ſuorum ac proximorum hæredum capitis diminutionem ſeu mortem ciuilem iure ceſſerant, per ſummum nefas ad ſe auertit; ciuitatibus ac municipiis omnia libertatis iura, leges, inſtituta & priuilegia eripuit: humanitatis omne ius euertit; charitatis Chriſtianæ ac lege diuina imprimis præceptæ officia ſuſtulit: edicto enim vetuit, ne quis parentum, filiorum, agnatorumve aut cæterorum cuiuſcunque generis hominum, vllum officium iis qui Euangelicam religionem profiterentur, quive ob deſertum vadimonium exularent, vllamve opem præſtaret; liberos à parentibus, parentes à liberis, vxores à maritis alienauit: Traiecti ad Moſam, patrem necauit, propterea quod filium, qui nonnullo tempore abſens fuerat, vna nocte tecto excepiſſet. Alium etiam notum ciuem, quod inopi viduæ tribus aut quatuor liberis grauatę, cuique maritus olim religionis nomine interéptus fuerat, fru-

men-

mentum ad modii ſextantem per eleemoſy-nam largitus eſſet; & item alium quod paux-illum nummorum neceſſario ſuo in Angliã miſiſſet, morte affecit. Complures matro-nas honeſto loco natas, quod maritos ædi-bus recepiſſent, fugâ & exilio voluntario ſa-lutem, ac mendicando ſibi ſuisque liberis vi-ctum quærere coëgit; nonnullorum, qui tan-tum familiarem epiſtolam de neceſſariorum valetudine accepiſſent, domos demolitus eſt. Quid? quod ne mortuis quidem ipſis pe-percit? Edicto enim cauit, *vt quicunque ſine confeſſione auriculari diem obirent, eorum bona proſcripta eſſent, corpora in patibulum traherentur.* Quo quid fingi poteſt crudelius, quid inhumanius, quid iniquius? quum indi-es vſuueniat, ita derepentè mori infinitos, vt ne ad cogitanda quidem peccata ocium de-tur? Ciuitatibus nõ milites, ſed hoſtes ac prę-dones, qui pro libidine in fortunas, coniuges, liberos, ac vitam ciuium graſſarentur, impo-ſuit, iisque quicquid luberet, impune perpe-trandi poteſtatem dedit. Ecquod enim eſt tã atrox facinus, quod Hiſpanorum militum fu-ror non impunè in Belgio, & commiſerit, & committat indies? Iperis (id eſt celebre Flan-driæ oppidum) cum verbi miniſter quidam morte mulctaretur, ſine vlla alia occaſione, milites in miſeram atq; inermem plebis co-ronam arma conuerterunt, & præter infini-tos ad mortem ſauciatos, etiam viginti duos

ciues plūbeis glandibus traiectos illico proſtrauerunt. Tornaci cōtentione inter Hiſpanos milites, & eos qui in arcis præſidio erant orta, duobusque Hiſpanis interemptis; cum ceteri acclamarēt, HISPANIA, HISPANIA, ad eam vocem reliqui Hiſpani milites acciti, per ciuitatem furibundi diſcurrerunt, & obuios quoſque ad quindecim numero bonos atque honeſtos ciues trucidarunt. In eadem vrbe cum nonnulli ex Hiſpanis militibus ſuſpicarentur viduam quandam, quæ à mariti nomine *Potier* appellabatur, pecuniæ vim in ædibus poſſidere, publicè ac media luce in ædes per vim irruperunt; miſeram viduam eiuſque ſimul filiam ac neptem crudeliſſime iugularunt, & quicquid eſſet in ædibus, diripuerunt. Inſulis, quæ eſt inter præcipuas Flandriæ ciuitates, eaque pontificiæ religioni ſemper fuit addictiſſima, cum Hiſpanus quidam honeſti ciuis coniugi per vim ſtuprum inferre volens, à marito ac duobus eius vicinis eſſet prohibitus, & HISPANIAM quaſi ſcelerum omnium impunitatis ſymbolum inclamaret, cæterorum, qui ad hanc vocem acciti accurrebant, vi atque ope ciuem eiuſque vicinos comprehenſos magiſtratui puniendos, vt rebelles ac ſeditioſos tradunt, cum ea comminatione, niſi confeſtim id fiat, ſeſe ciuitatem incendio perdituros, ita vt iudices territi ex eis duos ſuſpenderint, tertium virgis cæciderint. Sed quid attinet militum Hiſpano-

Hiſpanorum facinora ſigillatim commemorare, cum nullum ne fingi quidē facinus aut flagitium poſſit, quod illi non in ſingulos prope dies impunè perpetrent? His tamen de ſuo alimenta ſuppeditare cogit Albanus, qui ſcilicet eorum arculas expilent, vxores conſtuprent, liberos ac familiam pro libidine interimant, neque quicquam à ſua crudelitate, auaritia ac flagitiis vacuum relinquant. Quo quid poteſt excogitari iniquius? Quanquam quæ poteſt eſſe tanta iniquitas, à qua Albani animus abhorreat? Qui, ne quid eſſet adeo ſanctum, quod immani audaciâ non violaret, ne matrimonii quidem iura ſacratiſſima vereretur profanare. Multorum enim coniugia legitima, inani hæreſeos prætextu diſſoluit; liberos ex iuſto matrimonio procreatos pro ſpuriis habuit, & à patrimonii ſucceſſione excluſit: alienas coniuges, quę in publico Eccleſiæ cœtu nuptæ eſſent, propterea quod vel Miſſa omiſſa vel ſacrificus non admiſſus eſſet, nouo coniugio vel potius infami adulterio aliis copulauit, atque ita manifeſta adulteria & bigamiam, etiam publicis edictis rata habuit. Viduas per vim ac potentiam ſuis militibus ac ſicariis inuitas ac reluctantes nubere coëgit, ita vt nonnullæ patria & bonis omnibus ceſſerint potius, quam vt tantum in ſe probrum admitterent. Quid? quod ne baptiſmi quidē ſacroſanctam religionē inuiolatam reliquit?

probare. Quod ſi qui tamen homines inſolentes aliud vel ſpectarunt vel egerunt, cum nec autoribus nec approbatoribus iis, qui eccleſiæ præeſſent, factum ſit, non debet profecto paucorum inſolentiam, tam magna hominum innocētium multitudo luere: nec enim ad nos pertinet, quid nonnulli homines priuati ad ſuas iniurias, vel ab Inquiſitoribus vel à ſacrificis aliisve hominibus acceptas vlciſcendas perpetrarint. Omninò quemadmodum etiam ad nos minimè ſpectat imaginum ac ſimulachrorum euerſio. Noſtris enim vel miniſtris vel ſenioribus, vel deniq; eccleſiis approbantibus minimè id factum eſſe facilè probabimus, niſi fortè ſi qui pauci ex noſtris conſentiente Magiſtratu ſibi id facere fas eſſe exiſtimarint. Quanquam certe quicunque id perpetrarunt, iam ſatis & verò etiam plus ſatis culpam luerunt. Etenim vnius mortuæ ac truncæ imaginis loco, plus quam decem ac viginti viuæ Dei imagines, pro quibus ſanguinem ſuū profudit Dei filius, cæſę, euerſæ atque exuſtę ſunt, & in vnius trunci putris vicem pluſquam decem alii recentes trunci, ac ſtatuę publicis impenſis reſtitutæ.

De imaginum euerſione.

De noua religione.

Quod ad nouam religionem introductam attinet, nemo eſt qui neſciat minime nouam eſſe hanc noſtram religionem. Nam præter quod à Chriſto dierum antiquo, atq; ęterno Dei filio, p Prophetas, Apoſtolos ac Martyres

ty res nobis à multis ſeculis eſt tradita, etiam conſtat plus minus totos quinquaginta annos in Belgio eam viguiſſe, & priuatis ſemper conuentibus atque concionibus fuiſſe propagatam. Neque vnquam vel iudicio legitimè conſtituto, vel edicto rite compoſito damnatam. Nã & quæcunque iudicia aduerſus eos, qui hanc religionem profiterentur dicta ſunt, ea non admiſſis ad legitimam defenſionem reis, ac verò etiam ore illis pila obturato, linguave præciſa contra iudiciorum morem, per edictorum acerbitatem ac inuitis plerunq; iudicibus ac magiſtratibus, non rarò etiam contra eorum conſcientiam extorta ſunt: edicta verò quæcunque tum à *Carolo* Imperatore, tum à *Philippo* Rege contra eam religionem facta ſunt, ea omnia, quia & contra patriæ leges ac inſtituta, non conuocatis prouinciȩ ordinibus (vti ſolenni iureiurando tenebantur) neque aſſentiẽtibus iis, quorum aſſenſio ex iure & more maiorum requirebatur, inuitis etiam plærisque magiſtratibus obtruſa ſunt, & vaniſſimis atque apertæ calumniæ plenis fundamentis, per manifeſtum errorem (vti ipſis edicti diſertis verbis, ſupra à nobis demonſtratum eſt) innixa, ipſo iure planè nulla & irrita eſſe conſtat. Itaque non poteſt profecto hȩc Religio noua cenſeri, neque qui eam profitentur, cum nullo ſint legitimo iudicio damnati, vllius criminis debent inſimulari, multo certè minus ſeditionis

Patet ex 3. 18. & 25. articulus Iucundi introitus & infinitis aliis quæ nimis longum eſſet commemorare.

ac tumultus popularis, & verò etiam miſerrimæ huius calamitatis authores exiſtimari. Quanquam quid eſt neceſſe quaſi in re obſcura hæc pluribus diſputare? cum iam apertè res ipſa clamet, neque cuiquam amplius obſcurum eſſe poſſit, in quo huius incendii &calamitatis culpa reſideat. Iam ante attigimus quis animus Hiſpanienſibus Inquiſitoribus ac ſacerdotibus fuerit, quæ conſilia agitarint, quibus adminiſtris vſi fuerint, qua via ſibi dominatum hunc tyrānicum, ac ſummum ſine lege, vllove præſcripto imperium in Belgio conquiſierint. Hæc ſi fortaſſe pro ſolita eorum in cęteris prouinciis moderatione & ęquitate cuiquam minus veriſimilia eſſe videntur, quæ tamen vel pueris ipſis ſunt decantata, certè hoc tempore, his rerum euētibus, his eorum rebus geſtis, hac inaudita Albani tyrannide, quę ante omnium ora verſatur, cui tandem amplius poterunt eſſe obſcura? Ceſſerunt patria, quos illi dicunt rebelles, & etiamſi multis præclaris oblatis occaſionibus potuiſſent res mouere, maluerūt exilium, ac paupertatem obire, quam patriæ funeſtum bellū inferre. Quid? an propterea quicquam de illorum crudelitate remiſſum eſt? annon poſtea quàm in Hiſpania ſuis machinationibus perfeciſſent, vt Rex qui frequenti ſenatu Madridi iurarat velle ſe iniuriam, quam à ſubditis exiſtimabat in Belgio accepiſſe, præſentem vindicare, eoque nomine pa-

A rebus poſt Albani aduentum geſtis.

ne parabat eô profectionem, & ſimul filium atque vxorem Reginam ſecum deducere ſtatuerat, de ſententia prope inuitus deceſſerit, & quod eum arbitrarentur naturâ ad clemētiam ac lenitatem propenſum eſſe, in Hiſpania remanſerit: *Albanum* ducem quem ſuo inſtituto ſuisque rationibus (tum ex rebus olim in Germania ab eo geſtis, tum ex omni eius vita & maximè ex veteri odio & ſimultate quam cum Belgii proceribus, propter res olim in bello Gallico contra eius ſententiam ac voluntatem proſperè geſtas, etiamdum fouebat) norant eſſe cum primis opportunum, inuito etiam filio, multisque regni proceribus pro ſe legârit, eique ſummam poteſtatem dederit? Annon, inquam, Regis vnicum filium ac Belgicę prouincię legitimum hæredem ac dominum, propterea quod & Albanum auerſaretur, & ab edictorum contra Religionem acerbitate abhorreret, Germanos etiam inferiores beneuolentiâ ſingulari cōplecteretur, carcere tetro clauſum vitam finire coëgerunt? ſparſis vaniſſimis ac diuerſiſſimis de eius obitus cauſa rumoribus? Quid enim Reginâ ipsâ factum ſit, ſatius eſt alios cogitare, quam nos dicere. Illud certè omnes vident quomodo ſe fidus eorum adminiſter Albanus geſſerit. Venit in prouinciam iam pacatam, eiectis vel certè in exilium voluntarium profectis iis, quos putabat ſibi aduerſaturos. Accipitur ab omnibus ho-

norificentiſſimè,neq;vnus quiſquam inuen-tus eſt, qui non promptiſſima obſeruantia in legatum regis,ſuam erga regem voluntatem teſtaretur.

Albani res geſtæ in Belgio.

Hic verò eos non vt ſubditos regios, ſed vt hoſtes ac perduelles confeſtim habet: in omnes tum euangelicos, tum pontificios peræquè ſæuit, principes viros contra omnē legum autoritatem, priuilegiorum libertatem ac in primis contra ſacri fratriæ Burgundicæ velleris aurei inſignis iura ac ſanctiones, ex vinculis cauſam dicere cogit:&eius iudicium vt ſuſpectum atq; illegitimū recuſantes, ſeq; corā æquis iudicibus ſiſtere paratos, obtruncat:cæteros qui patriæ tranquillitatem optimis ſanctiſſimisq; conſiliis tutati erant,& tumultus populares ac ſanguinis profuſiones ſingulari prudentia auerterant, perduelles ac proditores regis & patriæ declarat, cogitque velint nolint, armis ſumptis tā fœdam ignominiæ labem à ſe propellere. Quem armorū neceſſariorum (vel quouis viro bono iudice) prætextū,ex eo tempore non modo ad calumniam,ſed ad ſummam ſuā tyrannidem titulo aliquo exornandam arripuit, & quod pridē animo conceperat,iā exequi cœpit. Itaque Magiſtratus omnes ſi qui vel æquitatis micā præ ſe ferrent,cū ignominia loco mouit; homines impuros atque omnis generis ſceleribus ac flagitiis coopertos in eorū locum contra omnes leges ac mores ſubrogauit; nouū

ſena-

ſenatum Hiſpanorum, ad quos cauſæ capitales referrentur, quique eo nomine *Senatus ſanguinis* dictꝰ eſt, pro ſuo arbitratu inſtituit, eaque ratione Magiſtratus legitimos & ordinarios iurisdictione, & cognitione cauſarum à legibus data priuauit: miſera plebe, quę nullius criminis cõuicta erat, niſi quod diplomati regio, quod Gubernatricis publico edicto, quod publicis tabulis fidem adhibẽs, Magiſtratu conſentiente, cõcionibus interfuiſſet, cruces ac patibula oppleuit: infinitos enſe percuſſit, infinitos lentâ flammâ viuos concremauit, multos etiam non dicta cauſa capite damnauit: complures diuturni carceris tetro ſqualore enecatos fortunis omnib. euertit, in optimos quoſq; hominibus probroſis, & per omnẽ vitã infamia coopertis, quosque certũ eſſet precio emptos eſſe, teſtimonii dictionem dedit: plęrisq; autẽ quibꝰ vitã eripuit, linguam ante, ne poſſet eſſe tantę iniuſtitiæ teſtis, execuit; nõnullis etiam forcipe cãdente aduſſit; aliis labra ferro acuminato vtrinque transfixa ſimul glutinauit; alios machinulis ferreis ore fœdiſſimè diſtorto, ac diffluẽte tabo & ſanguine, ad ſęuiſſima mortis ſupplicia rapuit. Nihil deniq; Phalaricę tyrannidis pretermiſit. Nec tantũ eos qui Euãgelicã doctrinã profiterentur, ſed etiam Põtificię religioni deditiſſimos, quique ſemper ne quid aduerſus Regem moueretur, omni conatu obſtiterant, variis tormentis excruciatos necauit.

Qui vero patrię calamitatem cernere nequierant, & ſe aliô ad euitandam imminentem tempeſtatem contulerāt, eis diem dixit, & cōfeſtim vix exſpectato vadimonii die, in bona eorum fiſco adiudicata inuolauit, & non modo viduas ac pupillos innocentiſſimos, & verò etiam Pontificiæ religionis ſtudioſos dote ac patrimonio, verum etiam bonæ fidei creditores iuſtis ſuis ac legitimis nominib⁹ fraudauit: inſontium hæreditates ab agnatis & propinquis, quibus propter ſuorum ac proximorum hæredum capitis diminutionem ſeu mortem ciuilem iure ceſſerant, per ſummum nefas ad ſe auertit; ciuitatibus ac municipiis omnia libertatis iura, leges, inſtitúta & priuilegia eripuit: humanitatis omne ius euertit; charitatis Chriſtianæ ac lege diuina imprimis præceptæ officia ſuſtulit: edicto enim vetuit, ne quis parentum, filiorum, agnatorumve aut cæterorum cuiuſcunque generis hominum, vllum officium iis qui Euangelicam religionem profiterentur, quive ob deſertum vadimonium exularent, vllamve opem præſtaret; liberos à parentibus, parentes à liberis, vxores à maritis alienauit: Traiecti ad Moſam, patrem necauit, propterea quod filium, qui nonnullo tempore abſens fuerat, vna nocte tecto excepiſſet. Alium etiam notum ciuem, quod inopi viduæ tribus aut quatuor liberis grauatę, cuique maritus olim religionis nomine interēptus fuerat, frumen-

mentum ad modii ſextantem per eleemoſy-nam largitus eſſet; & item alium quod pauxillum nummorum neceſſario ſuo in Angliã miſiſſet, morte affecit. Complures matronas honeſto loco natas, quod maritos ædibus recepiſſent, fugâ & exilio voluntario ſalutem, ac mendicando ſibi ſuisque liberis victum quærere coëgit; nonnullorum, qui tantum familiarem epiſtolam de neceſſariorum valetudine accepiſſent, domos demolitus eſt. Quid? quód ne mortuis quidem ipſis pepercit? Edicto enim cauit, *vt quicunque ſine confeſſione auriculari diem obirent, eorum bona proſcripta eſſent, corpora in patibulum traherentur.* Quo quid fingi poteſt crudelius, quid inhumanius, quid iniquius? quum indies vſuueniat, ita derepentè mori infinitos, vt ne ad cogitanda quidem peccata ocium detur? Ciuitatibus nõ milites, ſed hoſtes ac prędones, qui pro libidine in fortunas, coniuges, liberos, ac vitam ciuium graſſarentur, impoſuit, iisque quicquid luberet, impune perpetrandi poteſtatem dedit. Ecquod enim eſt tã atrox facinus, quod Hiſpanorum militum furor non impunè in Belgio, & commiſerit, & committat indies? Iperis (id eſt celebre Flandriæ oppidum) cum verbi miniſter quidam morte mulctaretur, ſine vlla alia occaſione, milites in miſeram atq; inermem plebis coronam arma conuerterunt, & præter infinitos ad mortem ſauciatos, etiam viginti duos

ciues plūbeis glandibus traiectos illico proſtrauerunt. Tornaci cōtentione inter Hiſpanos milites, & eos qui in arcis præſidio erant orta, duobusque Hiſpanis interemptis; cum cęteri acclamarēt, Hispania, Hispania, ad eam vocem reliqui Hiſpani milites acciti, per ciuitatem furibundi diſcurrerunt, & obuios quoſque ad quindecim numero bonos atque honeſtos ciues trucidarunt. In eadem vrbe cum nonnulli ex Hiſpanis militibus ſuſpicarentur viduam quandam, quæ à mariti nomine *Potier* appellabatur, pecuniæ vim in ædibus poſſidere, publicè ac media luce in ædes per vim irruperunt; miſeram viduam eiuſque ſimul filiam ac neptem crudeliſſime iugularunt, & quicquid eſſet in ædibus, diripuerunt. Inſulis, quæ eſt inter præcipuas Flandriæ ciuitates, eaque pontificiæ religioni ſemper fuit addictiſſima, cum Hiſpanus quidam honeſti ciuis coniugi per vim ſtuprum inferre volens, à marito ac duobus eius vicinis eſſet prohibitus, & Hispaniam quaſi ſcelerum omnium impunitatis ſymbolum inclamaret, cæterorum, qui ad hanc vocem acciti accurrebant, vi atque ope ciuem eiuſque vicinos comprehenſos magiſtratui puniendos, vt rebelles ac ſeditioſos tradunt, cum ea comminatione, niſi confeſtim id fiat, ſeſe ciuitatem incendio perdituros, ita vt iudices territi ex eis duos ſuſpenderint, tertium virgis cæciderint. Sed quid attinet militum Hiſpano-

Hiſpanorum facinora ſigillatim commemorare, cum nullum ne fingi quidẽ facinus aut flagitium poſſit, quod illi non in ſingulos prope dies impunè perpetrent? His tamen de ſuo alimenta ſuppeditare cogit Albanus, qui ſcilicet eorum arculas expilent, vxores conſtuprent, liberos ac familiam pro libidine interimant, neque quicquam à ſua crudelitate, auaritia ac flagitiis vacuum relinquant. Quo quid poteſt excogitari iniquius? Quanquam quæ poteſt eſſe tanta iniquitas, à qua Albani animus abhorreat? Qui, ne quid eſſet adeo ſanctum, quod immani audaciâ non violaret, ne matrimonii quidem iura ſacratiſſima vereretur profanare. Multorum enim coniugia legitima, inani hæreſeos prætextu diſſoluit; liberos ex iuſto matrimonio procreatos pro ſpuriis habuit, & à patrimonii ſucceſſione excluſit: alienas coniuges, quę in publico Eccleſiæ cœtu nuptæ eſſent, propterea quod vel Miſſà omiſſa vel ſacrificus non admiſſus eſſet, nouo coniugio vel potius infami adulterio aliis copulauit, atque ita manifeſta adulteria & bigamiam, etiam publicis edictis rata habuit. Viduas per vim ac potentiam ſuis militibus ac ſicariis inuitas ac reluctantes nubere coëgit, ita vt nonnullæ patria & bonis omnibus ceſſerint potius, quam vt tantum in ſe probrum admitterent. Quid? quod ne baptiſmi quidẽ ſacroſanctam religionẽ inuiolatam reliquit?

Quicunque enim ex ritu Apoſtolorum & veteris Eccleſię, ac manifeſto pręſcripto verbi diuini, iam ante publicè baptiſmo tincti erant, per ſummum nefas, etiam contra pontificiorũ Decretorum ſanctiones, denuo baptizari curauit. Nam de ſepulchrorũ religione, quæ vel maximè barbaris atque efferatis nationibus ſemper poſt homines natos fuit ſacroſancta; quid attinet dicere? cum nihil ſit veritus, probos ciues qui iam quartum decimum & amplius diem erant humo conſepulti, immani crudelitate exhumare, & corpora iam vix ſuis oſſibus cohærentia, nonnulla in patibulum trahere, nõnulla igni cõcremare? A qua certè immanitate ne ſacri quidem Imperii ciuitates immunes abire paſſus eſt. Etenim Harderuikii in *Geldria* (quod eſt Imperii feudum) ciuis honeſti & iam diu antè ſepulti corpus monumento extractum, & quidem ante ædes atque ora miſeræ viduæ, cum acerbiſſima inſultatione ſub patibulum fuiſſe raptatum nemo eſt qui neſciat. Sed quid poteſt eſſe vel inter viuos tam ſanctum, vel tam religioſum inter mortuos, quod hic non auſus ſit apertè violare? qui pro ſola libidine ex prophanis ſacra, ex ſacris prophana effecit: leges fixit ac refixit. Opulentiſſimos quoſque proſcripſit; Nobiliſſimos ignominiâ affecit, Innocentiſſimos capite damnauit, ſenes decrepitos, pueros impuberes, tenellulas virgines diriſſimis cruciatibus affectos mori

coëgit,

coëgit; inauditas exactiones, inſolita tributa ciuitatibꝰ ac toti prouincię imperauit; infinitam auri argentique vim per comminationem extorſit, & iam etiam nuper omnibus mercibus, atque vſuris decimum nummum imperauit, atque ea ratione mercaturam imminuit, negotiandi cum exteris nationibus facultatem pręcîdit. Quâ tyrannide quid vnquam poſt homines natos auditum eſt vel crudelius vel auarius? Commemorātur Caligulæ improbę extorſiones, nouaque & inaudita vectigalia; at ille tamē modum aliquem cupiditati ſtatuit, cum ſingulis hominum generibus nominatis ſingula tributa imponeret. Hic verò nequid eum vel minutiſſimum effugiat, in genere omniū facultatum decumas extorquet, præter centeſimas, quas nuper abſtulit, aliaſque nouas centeſimas, quas denuo fundis ac prædiis omnibus bonisque immobilibus imperauit. Et præterea vicies centena aureorum milia quæ in ſingulos annos ab vniuerſa prouincia popoſcit: Quid plura? an poteſt eſſe homo aliquis animo ita efferato, qui ad tantæ ac tam inuſitatæ crudelitatis, auaritiæ, perfidię atque impietatis vel leuem commemorationem, nō exhorreſcat? An poteſt etiam quis vſque adeo vecors ac mente captus reperiri, qui poſthac ſibi perſuaderi patiatur hos bonos viros nihil quærere aliud, niſi vt Belgicam prouinciam Regis imperio conſeruent, religionem tueātur,

legum autoritatem ſanciant, cum omnes eorum actiones apertè clament, præter vnam auaritiam, atque improbiſſimam cupiditatem, nullum illis regem eſſe, nullam legem, nullam religionem? prætexunt quidem omnes *Belgas eſſe Lutheranos, eſſe rebelles, ac Regiæ Maieſtatis hoſtes*, propterea ſcilicet, quod ſe Inquiſitionis iugo, hoc eſt, ſceleſtiſſimorum hominum turpiſſimæ libidini, atque iniquiſſimæ tyrannidi non vltro ac ſponte ſubmiſerunt. At enimuero ſi Regem pro hoſte habuiſſent, haud vnquam profecto tam ſanctè ſuam erga Regem fidem ſeruaſſent, neque tam ſolicitè vrbes, oppida atqne arces omnes in eius fide & clientela retinuiſſent. Nunquam etiam Regiis edictis, Regio nomini, Regio ſigillo, Regię gubernatrici tam bona fide credidiſſent. Ac proinde nunquam has calamitates nimiâ credulitate ſibi accerſiuiſſent. Nec denique vnquam in eas oras pedem Albanus intuliſſet. Obtulerunt enim ſe infinitæ occaſiones auertendi Regii imperii, alienandarum ciuitatum, ineundorum cum vicinis nationibus fœderum, atque Albani ab ipſo prouinciæ limine excludendi: neque vnquam tamen vel fando quid eiuſmodi auditum eſſe, vel aduerſarii ipſi, niſi ſunt impudentiſſimi, audebunt aſſeuerare. Sed fac tamen fuiſſe rebelles. An propterea fides data, an iura omnia diuina atque humana, an omnia ſacra ſimul & prophana

phana erunt per eiuſmodi inauditam tyrannidem violanda? Accepimus ſane maiorum noſtrorum memoria ex Flandris nonnullas ciuitates aduerſus Inuictiſſimum Romanorum Regem *Maximilianum* rebellaſſe, & ciues non modo eius imperium apertè reſpuiſſe, filium eius *Philippum* eo inuito, totos octo annos detinuiſſe, ſed ipſum etiam Maximilianum in vincula per contumeliam conieciſſe: poſtea Imperatoris Friderici cæterorumq; Principum Germanorum ope victas in poteſtatem eius rediiſſe. Tantùm autem abeſt vt in tam fœda rebellione, tam atroci acceptâ iniuriâ, quicquam Albano ſimile commiſerit Maximilianus, vt clementi tranſactione ſubditos ſuos non modo in gratiam receperit, verum etiam omnibus priuilegiis atque immunitatibus priſtinis, ſingulari ac tali Principe digna clementia reſtituerit. Qua certe incredibili lenitate, ſibi ſuisq; poſteris vniuerſam prouinciam obſequentiſſimam atque ad omnia officia promptiſſimam reddidit. Hi verò eos qui fidem ſuam Regi ſemper integram conſeruauerunt, qui Regis imperio ſemper audientes fuerunt, nullum vnquam tributum, nullum vectigal, nullum denique onus impoſitum detrectarunt, qui etiam omnes ſuas fortunas Regis voluntati libello ſupplici conſecrarunt, nihilq; omnino præter vnam conſcientiæ religionem, quam vni Deo inuiolatã de-

bent, à Regis imperio vnquam exemerunt: eamque ipſam religionis libertatem, etiam extraordinario, & quidem longe ac grauiore tributo, quam ſuam religionem vel Chriſtiani à Turca, vel Iudæi redimant à Pontifice, ſupplices redimere cupierunt: nullum aliud ob crimen, quàm quod Regiis edictis, quę in certum atque irreuocabile ius tranſierant, regioque diplomati ac nomini fidem habuerunt, eaque fiducia cōciones publicas, quibus nihil niſi purum Dei verbum proponebatur, quibuſque ſedulo ad præſtandam principi ac magiſtratibus obedientiam monebantur, omnibus bonis exutos, tanquam humani generis infeſtiſſimos hoſtes, aqua, igni, aëre ac terra arcent: omnemque prouinciam ſine vllo diſcrimine nocentium aut innocentium, inaudita crudelitate excarnificant, inſatiabili auaritia expilant, ac pluſquã barbarica tyrannide opprimunt. An cuiquã amplius poteſt eſſe obſcurum, quid huiuſmodi homines antehac tã diu moliti ſint, quò animum, quò oculos, quò manus rapaciſſimas intenderunt? An eſt quis adeo cæcus qui non videat, quæ fuerit ſuperiorum tumultuum in Belgio cauſa & origo? ita ſtupidus qui nō ſentiat iam huc ab initio ſpectaſſe bonos iſtos viros, Inquiſitionis, inquam, Hiſpanicæ architectos, ac præſules, vt Regis animum à ſubditis ſuis alienarent, & quauis ratione crimen rebellionis eis imponerent,

vt quo

vt quo modo in regno Neapolitano, Siculo ac ditione Mediolanenſi, in India noua, & verò in ipſis Hiſpaniæ viſceribus graſſati ſunt, eodem etiam in Germania inferiore, & ita paulatim data occaſione, in ſuperiore graſſarentur? vt prætextu Pontificiæ religionis tuendæ, omnem in Belgio ciuium libertatem opprimerent; Magiſtratuum authoritatem imminuerent; legum dignitatem violarent; Regis ipſius imperium ac Maieſtatem ſuæ poteſtati ſubiicerent; ac ipſi ſine lege ac præſcripto, pro ſola libidine quod vellent, imperarent; quod luberet, raperent; quod offenderet, necarent; locupletum fortunas exhaurirent, & ſe rerum omnium dominos efficerent?

Quod ſi quis fortè arbitratur, hæc quia ſunt præſentia, neque adhuc ad exitum perducta, haud facilè poſſe æſtimari, is ex præteritis iudicium faciat. In quo vos hîc potiſſimum appellamus Inuictiſs. *Cæſar*, ac *Principes Germaniæ* illuſtriſſimi. Reuocate in memoriam, quid antèhac in Germania egerint, quid, quibus artibus & conſiliis machinati ſint: agnoſcetis profectò veteres artes, agnoſcetis veteres Hiſpanos, agnoſcetis veteres Inquiſitores. iidem enim illi, qui iam pridem illuſtriſſimos Germaniæ Principes & calũniis atrociſſimis, & pötificii nominis terrore apud *Carolum V.* oppreſſerunt, qui in Germaniæ ſuperioris intima viſcera belli ciuilis

A rebus olim in Germania & alibi geſtis.

ſuneſtam facem intulerunt,&obtenſo rebellionis velo, ipſos Principes proteſtantes tantæ perfidiæ etiamdum ignaros inter ſe commiſerunt,qui in Germania ſceleribus ac flagitiis omnia fœdarunt,qui Germaniæ libertatem ac iura imperii eripere conati ſunt: iidẽ illi hodie Germaniæ inferioris incolas iiſdem calumniis, apud eiuſdem Caroli filium Hiſpaniæ Regem grauarunt, iiſdem artibus circumuenerunt, eodem conatu oppreſſerunt. Hi ſunt iidem illi tantæ perfidiæ authores atque architecti, iidem etiam eorum crudelitatis & auaritiæ conſcii, iidem denique facinorum atq; audaciæ adminiſtri. Cui enim Germano Granuellanus cardinalis, cui dux Albanus poteſt eſſe ignotus? quorum vterq; olim illuſtriſſimos Germaniæ Principes, partim vi, partim dolis, ac fallacia circumuentos in vinculis detinuerunt,omnique contumelia affecerunt. Hę ſunt illę ipſæ faces orbis, quibus niſi veſtra authoritate, prudentia ac fortitudine maturè proſpiciatur, breui profecto maxima Europæ pars, funeſta flamma conflagrabit. His igitur authoribus accepta ferri debet omnis in Belgio quæcunq; fuit tẽpeſtas,omnis ſeditio, omnis denique calamitas. Quod ſi quis eſt qui nondum intelligat,is illius Caſſiani meminerit, CVI BONO FVERIT: ſecumque diligenter expendat nõ modo cui bono iam ſit hæc publica Belgii calamitas,ſed etiam vtri potuerint ſperare ſibi bono

bono fore. Cum nos niſi imminentem nobis calamitatem vel ex religionis deſertione, conſcientiæq; mortali vulnere, vel ex Regis grauiſſima offenſione, & ſimul funeſta patriæ calamitate, quôcunque ſors tuliſſet, cerneremus; illi ſuos triumphos, ſuum dominatum atque imperium, ex eiuſmodi quapiam occaſione, iam pridem aucuparentur; ita vt nunquam deſierint, & Regi apud populũ, & populo apud Regem ſiniſtris artibus inuidiã parare, auidoq; ore atque arrectis auribus omnem auram ſeditionis arripere, eaq; Regis aures atque animum, cum magna atq; odioſa verborum amplificatione afflare. Quod cum ita ſit omnibus notum, vt nulla probatione egeat, tamen ipſius pro Rege in Gallia legati teſtimonio, manifeſtiſſime confirmatur. Is enim datis ad Parmenſem literis ita ſcribit: *Ex hoc tumultus Belgici incommodo magnum commodum ac fructum ad Regem eſſe peruenturum, quod nimirum hac occaſione eos ad integram obedientiam, ſubiectionemque ſit adducturus, ac in eum ſtatum, ac imperandi rationem conſtitutionemque deducturus, ad quem eius maiores peruenire nunquam antehac potuerunt, quemque tanto iam tempore Rex ipſe vehementer exoptauit, & in quem animum & conſilia ſemper hactenus intendit. Neque quenquam Regiæ Maieſtatis ſtudioſum, ſuaſurum eſſe, vt hanc tam præclaram rerum gerendarum occaſionem elabi ſibi pa-*

Exemplum epiſtolæ de verbo ad verbum extat in calce Apologiæ Principis Auraicæ, *omniũq; manibus protritum eſt.*

tiatur, &c. Quibus verbis manifeſte prodit iam pridem quæſitam optatamque fuiſſe occaſionem, qua poſſent Hiſpani Inquiſitores (Regis enim nomine ſuas cupiditates tegũt) in Belgiũ inuadere, eius opes ac facultates expilare, & pro libidine quod videretur, imperare. Ita vt nemo amplius dubitare poſſit vnde hæc orta ſint mala, cum liqueat à quibus horum malorum fructus iam ante multo tẽpore fuerit expetitus: conſtet etiam ſæpenumero in conſeſſu multorum hominum, Cardinalem, cum obiiceretur, *metum eſſe ne populus, ſi grauius premeretur, ſeditionem aliquam excitaret*, reſpondiſſe; *populares ſeditiones Regibus non eſſe magnopere extimeſcendas, ſed optandas potius: ſiquidem ex iis magna ad Regiam potentiam, ac Maieſtatem acceſſio fieri ſoleat ac de priuilegiis ciuitatum & iure libertatis popularis magna deceſſio.* Alioqui quid eſt quod his tot & tam inuſitatis auaritiæ, & crudelitatis exemplis quærunt? an ſubiicere Regio imperio populum? At nemo ſanus non videt, hanc non eſſe veram ac legitimam eius conſequendi rationem, cum beneuolentia, humanitate, ac iuſtitia, non metu neque tyrannide populi Regibus concilientur. Nemo etiam neſcit Principem Egmondanũ, aliosque infinitos regii nominis atque imperii ſtudioſiſſimos, quique eam prouinciã ſuo ſanguine, ac ſudore Regi conſeruarant, quos etiam ipſe Rex hoc nomine maximi ſemper fecerat,

fecerat, ab his eſſe per odium ex veteri inuidia & æmulatione rei in bello præclarè geſtæ natum, è medio ſublatos. At fortaſſe volunt hac ratione, Euangelicam religionem quam ſibi tantopere inuiſam ſimulant (cum eorum plærique nulla religione ſint) radicitus extirpare? Ne id quidem profectò: Alioqui quid erat cauſæ cur ipſum illum *Egmondanum principem*, cur *Comitem Hornanum*, cur infinitos alioſqui huiuſce religionis ignari, ac verò etiam aduerſarij ſemper fuerant, per infamiam ac ſummam indignitatem vitâ crudeliſſimè ſpoliarent? cur pōtificium quēque tam graui tyrannide etiam nunc opprimunt? Sed nihil eſt eiuſmodi, Illuſtriſſimi Principes. Hoc vnum agunt, vt, quemadmodum in Sicilia atque in regno Neapolitano, ita & in Belgio contra omne ius ac fas ſibi dominatum pro libidine conſtituant, vt opimis ſpoliis opulentiſſimæ prouinciæ onuſti, domum reuertant, alioſque pro ſe mittant, qui quod reliquum ſit ſucci & ſanguinis, exhauriant. Ad eam rem vna eſt ſanctæ eorum *Inquiſitionis* via, quæ ſanè optimo iure Inquiſitionis nomen ſortita eſt: hac enim in arculas, in ſcrinia, in loculos locupletum, hac in formam & ſinus virginum ac matronarum, hac in iugulos, in viſcera, in ſanguinem virorum, hac denique in animas & conſcientias omnium ſagaciſſimo odore inquirunt atque inueſtigant: hac rerum omnium dominos &

monarchas ſe fore ſtatuunt: ipſos Principes omnes ac Regem ipſi ſuũ ſibi ſubiiciũt. Eam rationem tenuerunt primum quidem in Hiſpania, in qua non modo priuilegia omnia ac iura libertatis, quibus antea ſummis Hiſpania vſa eſt, hac Inquiſitionis arte labefactârunt, ſed omnem legũ authoritatem magiſtratuum potentiam atque ipſam Regii ſceptri Maieſtatem ſibi ſubiunxerunt: Regi quidem inane nomen vnà cum cenſus parte reliquerunt, imperium ſummum ipſi ſibi vendi-tant: & in cauſis capitalibus pro ſuo arbitrio de reorum vita ac morte ſtatuunt: quem illi perdere inſtituerunt, nemo eſt, ne Rex quidem ipſe, qui ſi maxime velit, ſeruare poſſit; quem autem ſibi tutandum ſuſceperunt, eũ neque legum ſeueritas nec iudiciorum integritas, nec Regis voluntas poteſt vel minimo digito violare. Ita vt non iniuria omnibus ordinibus ac Regibus ipſis ſint formidabiles. Mox deinde eandem viam ſecuti ſunt in regno Neapolitano, in Siculo, in ditione Mediolanenſi, in vaſto nouæ Indiæ orbe. Eamque ipſam rationem olim quidem in Germania ſibi ſubiuganda apertè, ſed fruſtra perſequuti ſunt. Obfuit enim eorum conatibus veſtra, Principes, veſtrorumque maiorum prudentia, virtus ac fortitudo. Nunc autem per cuniculos idem tentare profectò minime deſinunt. Vt enim prætereamus, quod Groninganos, quod Phryſios occiduos, quod

os,quod Tranſiſelanos, Geldros, Cameracenſes aliosq; infinitos, qui ſemper antehac ſacri Romani Imperii iurisdictioni paruerũt, Imperii legibus & conſtitutionibus vſi ſunt, ad Imperii cameram prouocarunt, & ſe hac conditione in clientelam Ducis Brabantiæ diſertè tradiderunt, vt ſuas leges, mores ac inſtituta ſarta tecta retinerent: Albanus non modo iure libertatis, atque omnibus priuilegiis priuauerit, & quaſi bello victis nouas leges dederit, magiſtratus pro ſuo arbitratu contra eorum morem & conſtitutionem creauerit, præſidia impoſuerit, inuſitata vectigalia imperauerit, arces in ciuitatibus cõſtruxerit, optimos quosq; ciues eiecerit, eorum bona proſcripſerit: vt hæc,inquam, atquealia eiuſmodi infinita prætereamus, in quibus, etſi nullum ſuum ius, at certè iuris aliquem pretextum habere ſe ſimulat: quorſum tandem ſpectare poteſt, id quod Imperii ſui fines, etiam in ipſa ſacri Imperii viſcera, nulla ne tenui quidem iuris vmbra, palam ſtudet propagare? Quod Cliuenſis ditionis adminiſtrationem ad ſe rapere conatur? Quod eis minaciter imperat, vt omnes Belgas ſuis finibus eiiciant? Quod ipſis Colonienſibus aliisque ciuitatibus liberis atque Imperialibus, quaſi ex formulâ præſcribit, quid Germanis inferioribus fieri velit? Quam enim in Phryſia Orientali atque agro Emdano crudelitaté perpetrârit, quas agro-

rum depopulationes, pecorum abactiones, matronarum ac virginum conſtuprationes, incolarum iugulationes commiſerit, non poteſt vobis, Principes Illuſtriſſimi, eſſe obſcurum. Quid, quod non dubitat iam nuper facto edicto Germaniæ inferioris ſtudioſos omnes, qui in exteras Academias, quæcunque tandem illæ ſint, vna Roma excepta, profecti ſunt: adoleſcentes etiam omnes qui opificii alicuius aut mechanicæ artis addiſcendę cauſa aliô ſe contulerunt, propoſita perpetui exilii pœna, atque omnium bonorũ proſcriptione, retrahere? Ita vt miſeros adoleſcentes linguarum ac prudentiæ comparandæ cauſa peregrè profectos omni ſtudiorum ac laborum fructu priuet, & ad Reipub. munia poſthac capeſſẽda inutiles reddat, multosq;, qui manu ac opificio victum ſibi peregre comparãt, ad inopiam & rerum omnium egeſtatem redigat. In quo certè vel humanitati ipſi bellum apertè indîcit. Nam ſi omnis humanitas hominum ſocietate ac mutuis commerciis continetur, annon oportet eum humanitatis omnis hoſtem eſſe, qui quod vnum hominib⁹ datum eſt, quo à brutis pecudibus diſtinguantur, id per vim conetur eripere? Nam linguæ quidem ac rationis vſus, tametſi eſt hominibus peculiaris, non multum tamen certè niſi in coniunctione, ac ſocietate, quæ etiam cũ exteris nationibus initur, fructum habet. Eũ cum hic conetur eripere, quid reliquum eſt,

quàm

quàm vt ipſum linguæ ac rationis vſum ſimul eripiat? Quod certè, quæ eius eſt inhumanitas, ſi quo modo poſſet, omnino facturũ putamus. Quid enim aliud ſua illa Inquiſitione agit? Cur ſacrarum literarum vſu plebi interdicit? Cur diuinæ voluntatis fœderisque cognitionem, ad ſolos Theologos, id eſt, ad Inquiſitores & Epiſcopos amandat? Cur preces ad Deum lingua intellecta fieri vetat? niſi quòd pecudibus, non hominibus imperare cupit. Metuit enim vt ſi quicquam intelligant, tantam & tam inuſitatam barbariem aliquando ſint deteſtaturi, ac propterea alias nationes adiri, aliasque ciuitates præter eas quibus ipſe leges præſcribit, non vult. Eſt enim ſapientiſſimo omnium maiorum noſtrorum iudicio atq; vſu comparatum, vt adoleſcentes literarum liberaliumque artium ac humanitatis ſtudioſi, in exteras Academias, multorum hominum mores atque vrbes viſendi, ac linguas exteras intelligendi cauſa proficiſci ſoleant, eoque conſtitutæ ſunt Regum ac Principum liberalitate, liberæ Academiæ, eisque magna libertatis iura ac priuilegia conceſſa, vt ſcilicet exteri adoleſcentes eò frequentius commearent, atque hac ratione hominum inter homines fidei, ac ſocietatis neceſſitudo retineretur. Quę certè conſuetudo minimè recens eſt, ſed innumeris retro ſæculis vſitata. Accepimus enim olim Platonem cæterosque Philoſophos longis

ac variis peregrinationibus ſuam ſapientiam, quã omnes hodie docti admirantur, hauſiſſe, & ab exteris populis ac nationib⁹ in Grçciam inuexiſſe. Romani olim ſuos liberos in Græciam atque Aſiam ſtudiorum gratia ablegabant: &, vt ne in vetuſtis illis hæreamus, non ita pridem antequam Turcæ immanitas Grçciam occupaſſet, ſolebant Germani, Galli, Itali ac Hiſpani ipſi Athenas certatim ſtudiorũ cauſa commeare. Quam libertatem, & cõſuetudinem qui tollit, is profecto humanitatem ipſam tollit, & ſe cçterarum omnium nationũ hoſtem eſſe capitalem profitetur. Quibus enim bellum per fœciales denuntiatur, ad eos ne quis ciuium habitandi cauſa proficiſcatur, caueri ſolet. Quod quidẽ certè propterea fit, quod quorũ animus ac fides nobis ſuſpecta eſt, apud eos, ciues noſtros atq; adoleſcentes diuerſari, putamus eſſe nefas. Quum igitur ſuos ciues atque ingenuos adoleſcentes, apud vos Illuſtriſſimi Principes, & verò apud omnes exteras nationes vna Roma excepta, educari vetet, quid poteſt ex eo colligi, niſi veſtram fidem, veſtrumq; animum illi ſuſpectum eſſe, ac propterea hoſtiliter velle ſe vobiſcum agere? Tollantur igitur negotiatorũ commercia, mercium commutationes, tollantur omnes Academiæ, omnia vniuerſitatum priuilegia abrogentur, hoſpitalitatis iura euertantur, & ſuæ quiſque domi otioſus deſideat; nemo aliquid peregrinum inuehat,

hat,ne forte ſimul quid inuehatur,quod barbaræ Albani tyrannidi aliquando poſſit officere. Sed arbitramur vos videre Principes ad quos potiſſimum hæc iniuria pertineat. Non vult Hiſpanus veſtras Academias, veſtra emporia, veſtraſque prouincias à noſtris adoleſcentibus obiri, ne fortè labem aliquam hæreſeos contrahant. Quo certe iudicio non obſcure vos omnes veſtrosque populos hęreſeôs atque impietatis damnat. Tametſi alius præterea illi propoſitus eſt ſcopus. Eſt etenim hæc noua ratio expilandi fortunas miſerorum hominũ. Quos enim videt Inquiſitionis ſuæ faucibus ereptos eſſe; neq; facilè crimen in abſentes confingi poſſe,cum tamen grauiſſimo crimine ac Syllana proſcriptione digniſſimò nõnulli teneantur,hoc nimirum,quod ſunt opulénti,aliquid ſibi comminiſcendum putat, quo eos in ſuàm naſſam trahat.Itaq;illud ipſum religionis velum prętexit,hoc .n.vno quaſi quodam Gygis annulo,ad omnes ſuas cupiditates abutitur. Hoc alios patria eiicit,alios in patriã inuitos reuocat: aliis omnem libertatem, fortunas ac vitã ipſam eripit;aliis omnem licentiã,alienorum bonorum direptionem atq; innocentiũ ſanguinem per ſummũ nefas largitur: breuiter, contra omnia iura diuina pariter atq; humana,quicquid eſt adlubitum, hoc vno religionis prętextu perpetrat. Hoc denique vno per ſummam atq; inauditam tyrannidem,ſuis il-

Cauſam Belgii etiã ad Germaniam pertinere.

lis Inquiſitionis Hiſpanicæ præſulibus imperium in Germania inferiori conatur ſtabilire, quod inde poſtea in vniuerſam Europam occultis technis ac machinationib. poſſit propagare. Ea vos, Principes Illuſtriſſimi, nolite arbitrari ad vos nihil pertinere. Pertinent enim ad vos, veſtramquè Germaniam vt maximè. Hæret enim, hęret adhuc in Hiſpanorum viſceribus ac medullis dolor ille, quem pridem acceperunt, cum eis Germaniæ imperium, quod ſe iam ſibi putabant ſubiecisſe, ex faucib. eriperetur. Agitant adhuc vetera illa ſua conſilia, quib. orbem terrarum ſanctę ſuę Inquiſitioni ſubiungant, ac rerum omniũ ſummam ad ſe deuoluant. Nondum intermortuæ ſunt illæ veteres artes. Nondum abolita fœdera, ſocietates & conſpirationes, quib. ſe in omnium eorum perniciem, quos putant ſuæ tyrannidis propagationi obſtare poſſe, deuinxerunt. Cui enim ignotæ ſunt pacis inter Galliæ & Hiſpaniæ Reges, factæ conditiones? Cui ignota eſt Baionenſis confœderatio? Quis non videt quæ inde faces in Galliam, in Germaniam inferiorem, in Italiam, in Angliam, in Scotiam, in ipſam denique vltimam terrarum Thulen manarint? Certè diuturnum illud ac funeſtum in Gallia bellum inteſtinum his autoribus contra totius regni ordinum edicta, contra Regis ac Reginæ voluntatem initio ſuſceptum eſt: Iiſdemque autoribus, paulo poſt fracta pace, violo-

violatis fœderibus, proculcata omni iuriſiurandi ac pactorum fide, iterum ac tertio redintegratum eſt. Ac demum iiſdem authoribus cum ſummo florentiſſimæ prouinciæ detrimento atque incredibili ſummorum virorum ác Principum clade, iam prope in decimum annum perductum eſt. Neque adhuc hoc ipſo tempore deſinunt peſtilentiſſimis ſuis conſiliis ac teterrimis machinationibus, omni ope adniti vt pacem iam tandem cum ſumma Regis & bonorum omnium voluntate ſemel conſtitutam, peſſundent atque irritam faciant. Quas verò in Italia perſecutiones, in Anglia conſpirationes, ſeditionesque, in Scotia tumultus & clades, in Hybernia denique rebelliones excitarint, notius eſt quam vt à nobis commemorari debeat. Quid? quod non dubitarunt, in ipſa Anglia ſereniſſimam Angliæ Reginam propoſita Pontificis bulla, flagitiorum ſeruam, infeſtiſſimorum aſylum, hæreticam atque hæreticorum fautricem declarare, anathemate pontificio ferire; regni, ac iurisdictionis iure priuare, ſubditos populos iuriſiurandi præſtiti ſacramento abſoluere, ac generatim, ne quis eius imperio pareat, interdicere. Quo certe iudicio, quid cæteris Euangelicam religionem profitentibus Regibus ac Principibus expectandum ab eis ſit, apertè ac palam declararunt. Quid? quod ne Europæ quidem regionibus hæc ſe

flamma continuit, ſed vltra Herculis colu-mnas perrupit. Ipſa Africæ littora mortuorum cadaueribus oppleuit. Mauros ad arma concitauit, ac Turcam excitauit: Denique totam prope terrarum orbis machinam horribili tempeſtate concuſſit. Etiam etiam vos ipſos, Illuſtriſſimi Principes, in veſtra viſcera, niſi caueritis, armare conatur. Quanquam non dubitamus, quin ea prudentia ac fortitudine Dominus ſit veſtras CC. inſtructurus, vt ab eiusmodi perniciofis machinationibus tuti atque incolumes conſiſtatis.

Supplexprecatio ad Cęſarē & Principes Germaniæ.

Nos verò, inuicte Cæſar, Principesque Germaniæ Illuſtriſſimi, omnium hominum miſerrimos, patriâ profugos, bonis omnib. exutos, ſumma ignominia ac paupertate per tyrannidem affectos, nolite negligere. Cogitate partem Germaniæ, eſſe Belgium, nonnullam eius partem intra Rheni oſtia contineri, nonnullam legibus & conſtitutionibus Imperii, antiquiſſimo iure ſubiacere. Brabantiam Imperii antiquiſſimum feudum ſemper fuiſſe, eiusque Duces omnibus retro ſæculis, nomine fidei & clientelæ Imperatoribus authoramentum iniiſſe. Antuerpiam etiam *Imperii Marchionatum* cenſeri. Gueldriam, Phryſiam, agrum Groningenſem, Trāſiſelanum, Cameracenſem, iurisdictione Imperii contineri. Hollandiam Zelandiam, Hannoniam cæterasque Belgii di-

gii ditiones Boiariæ Ducibus quaſi auita bona, hæreditate quondam ceſſiſſe. Nolite aſpernari quæ inter nos eſt nominis, linguæ, commerciorum neceſſitudinem: &, vt omittamus vetera, cogitate *Carolum Quintũ* potentiſſimum tuum, inuicte Cæſar, patruum, nuper ex Flandriæ meditullio ad Imperii gubernacula, tanquam Germanum natione, euectum fuiſſe. Maximilianum tuum etiam proauum, Illuſtriſſimæ atque antiquiſſimæ familiæ Auſtriacæ, omnem Belgii ditionem cõiugii neceſſitudine adiunxiſſe, ac denique ipſum Carolum Imperatorem non ita pridem vniuerſam illam ditionem inter ſacri Imperii ordines ac limites Auguſtæ publicis comitiis, Germaniæ Principib⁹ aſſentientibus, retuliſſe, vt eſſent in Imperii tutela, contra omnem vim atque iniuriam: eoque nomine ad omnia Imperii comitia, legatos ex prouincia Belgica miſſos fuiſſe, tributumque ad Turcæ vim repellendam imperatum repræſentaſſe, ac etiamnum hodie litem inter Brabantiæ Ducem ac Epiſcopum Magdeburgenſem, vter eorum in comitiis digniori loco ſedere debeat, in iudicio eſſe. Ita vt indubiè inferioris Germaniæ prouinciæ ab imperio alienæ exiſtimari non poſſint. Nolite igitur, inuictiſſime Imperator, Principeſque Illuſtriſſimi, ſocios veſtros, qui veſtram fidem miſericordiamque ſupplices aduerſus inauditam hominum ſu-

Anno 1548.

perbiſſimorum tyrannidem iam implorant, contemnere. Nos quidem certè nequaquam recuſamus Regis noſtri imperio ſubiacere, dicto audientes eſſe, imperata tributa, onera ac vectigalia omnia perſoluere, omnem denique fidem atque obedientiam præſtare. Sed vt conſcientia, vt religio nobis integra maneat, vt ne coram Deo Optimo Maximo, in extremo illo iudicio Chriſti Ieſu violatæ fidei perfidæque conſcientiæ arceſſamur, vt animarum ſalutem bona cum Regis pace tueri poſſimus, ſupplices deprecamur: vt ab Inquiſitorum ſuperbia, nouorum Epiſcoporum auaritia, exterorum prædonum rapinis, fœdiſſimorum Inquiſitionis adminiſtrorum, & cacularum libidine nos, noſtras coniuges, liberos, fortunas, ac in primis conſcientiam tueri poſſimus, per Deum immortalem, perque Ieſum Chriſtum, omnium noſtrum Dominum ac fratrem, cuius nomen communi religione profitemur, veſtram Maieſtat. ac Celſitudines rogamus obteſtamurque. Et, ſi vos nulla nominis Germanici neceſſitudo mouet, moueat illa quæ vobis in Chriſto Ieſu, cuius mēbra nos eſſe gloriamur, nobiſcum eſt arctiſſima coniunctio; moueat humani nominis neceſſitas, humanæ ſortis anceps atque incerta conditio; moueant tot mœſti ac decrepiti ſenes, tot miſeræ viduæ, infortunati pupilli, lachrymantes virgines, tanta miſerorum homi-

hominum turba, qui omnes ſuis ſedibus pulſi, fortunis eiecti, patriis commodis priuati, dignitatibus ſpoliati, à complexibus optimorum parentum, ſuauiſſimarum coniugum, dulciſſimorum liberorum, per tyrannidem auulſi, in extero ſolo, palantes atque incerti vagas ſedes, tenuem victum, ac libertatem conſcientiæ quærunt. Quod ſi nulla vobis offertur ratio nos noſtro loco reſtituendi, at ſaltem nolite aduerſariorum noſtrorum, vel falſis criminationibus aurem, vel inexhauſtæ crudelitati locum dare. Haud deſinent illi quidem, ſat ſcimus, vrgere, vt etiam illa miſericordia, ac liberalitas, qua nos hactenus in veſtris ditionibus complexi eſtis, nobis eripiatur, vt nec aër viuis, nec terra mortuis, nec vllum perfugium exulibus relinquatur. Verum obteſtamur vos, Illuſtriſſimi Principes, vt maioris apud vos fiat Dei mandatum, quo iubet exules, ac peregrinos, non ſolum mœnibus ac portis, ſed etiam tecto recipi, atque omni beneuolentia foueri, quam Hiſpanorum aliquot ſacrificorum, qui nos eiici per Albanum contendunt, imperium. Neque committite vt Hiſpanici nominis terror apud vos, quã Germanici neceſſitudo & dignitas, plus momenti habuiſſe videatur. Nam quid de religionis coniunctione dicemus? quæ vna certè mouere vos debet, vt ne qui in vnum Chriſti corpus, vna fidei profeſſione, vnoque ba-

ptiſmo coaluimus, pro nonnullorum hominum libidine, quibus certè niſi ſua auaritia, nulla eſt religio, tanquam extranei ac hoſtes eiiciamur: ne fortè quod in nos, qui membra Chriſti nos eſſe Dei gratuito ac ſingulari beneficio profitemur, crudelius committitur, id in extremo iudicii die Chriſtus Regum omnium Rex, ac Dominorum Dominus, ſibi vni acceptum ferat. Nam quod Religionis diſcrepantiam nonnulli prætexunt, non eſt, Illuſtriſſimi Principes, quod vos moueat. Nos certè qui vnum Deum ac Patrem Ieſu Chriſti, qui vnum ſeruatorem Chriſtum Ieſum verum Deum verumque hominem pro nobis crucifixum, qui vnum Spiritum ſanctum vobiſcum profitemur: in vna Chriſti ſatisfactione acquieſcimus: eiusque nomine, patria, bonisque omnibus priuamur, & quaſi oues ad occiſionem deſtinamur: vnam ſanctam Eccleſiam agnoſcimus: vnum verbum Dei pro ſalutis noſtræ fundamento recipimus: vnam denique à mortuis reſurrectionem vitamque æternam ex gratuita Dei miſericordia, ac liberalitate vobiſcum expectamus: Nolite exiſtimare diuerſam à vobis religionem profiteri. Quod ſi in nonnullorum verborum explicatione, quædam fortaſſe eſt diſcrepantia, cogitate, ne Apoſtolos quidem ipſos, eorumve diſcipulos, per omnia ita ad amuſſim conueniſſe, vt non eſſet aliqua parte diſſen-

ſio. Cogitate in veteri Patrum Eccleſia, multa ſummorum hominum, ac præſtantiſſimorum doctorum non modo errata, ſed apertas inter ſe repugnantias extitiſſe. Quod certe Domini prouidentia certiſſima ac ſapientiſſima ita comparatum fuit, vt imbecillitate ingenii noſtri agnita, in vno Dei verbo diſcamus acquieſcere, neque vel hominum authoritatem, vel noſtra iudicia verbi Dei authoritati anteponere; ſed alteri alterorum onera portare, atque errata & infirmitates Chriſtiana charitate tegere ac prudentia tolerare. Quanquam quæ poteſt eſſe diſſenſio inter eos, qui non modo verbum Dei vnicum amplectuntur, ſed etiam ex verbo Dei conſtitutæ fidei formulæ per omnia ſubſcribunt? Nos enim certè vel libentiſſimis animis confeſſionem Auguſtæ à veſtris maioribus *Carolo Imperatori* oblatam recipimus atque amplectimur. Et ſi quicquam iudicare poſſumus, etiam eorum Theologorum, quorum opera, illa formula conſcripta traditaque eſt, doctrinæ per omnia aſſentimur. Noſtri habent illos non modo pro fratribus, ſed pro ſummis atque excellentibus Dei Prophetis. Illi viciſſim noſtros ſumma atque incredibili charitate, atque omnium fraternorum officiorum neceſſitudine complexi ſunt. Eſt igitur, Principes, calumnia ab aduerſariis ementita, cum aiunt nos di-

uerſam à Germanis religionem profiteri. Nihil enim ſtudent aliud, niſi vt excitata inter nos diſſenſione, membra Chriſti dilacerent, atque ita quos non poſſunt coniunctos euertere, eos ſingulos ac diuulſos facilius opprimant.

Vos autem, viri Principes, quibus eiuſmodi artes pridem cognitæ ſunt, nolite permoueri, neque committite vt aduerſariorum calumniæ plus ad diſiunctionem corporis Chriſti, quam ipſius Chriſti Ieſu præceptum ac verbum, quam noſtra apertiſſima confeſſio, quam veſtrum etiam integerrimum in aliis multis, & Principibus & Theologis iudicium ad coniunctionem, copulationemque eiuſdem corporis, valuiſſe videatur, neve plus momenti habuiſſe vnius vocis paulo diuerſior interpretatio, quam totius reliquæ Scripturæ, fidei, religionis certa atque indubitata conſenſio. Per quam ſimul ac per ipſius Ieſu Chriſti corpus ſacratiſſimum, in quod indiuidua connexione nos ſibi coniunxit, iterum ſupplices vos obſecramus, atque obteſtamur, vt veſtra clementia ac miſericordia, quæ omnibus miſeris, atque innocentibus aperta ſemper fuit, nos etiam, qui propter Chriſti Ieſu nomen non modo grauiſſima quæque patimur, ſed etiam calumniis iniuſtiſſimis obruimur, benignè complectamini, & tantiſper quoad Domino viſum eſt, nos omnibus bonis

& com-

& commodis patriis ſpoliatos in exilio caſtigare, vos certè quos Domini manus premit, veſtra benignitate ſubleuetis. Ita & ipſi Deo omnium iuſtiſſimo Iudici gratum facietis, & nos ad eius miſericordiam, pro vobis veſtriſque populis ſedulo inuocandam excitabitis.

FINIS.

BENED. ARIÆ MONTANI Hiſpalenſis Iudicium &vaticinium de IESVITIS eorumque grandi myſterio, aliquando reuelando.

Habetur in Cõmentatione ipſius de variâ Hebraicorũ librorum ſcriptione & lectione, Biblius Hebrao-Latinis à Plantino anno 1584. editis, pramiſſâ; pag. 11. colum. 1.

IS (Eroſtratus) quoniam *Pagninum* viuũ habere non potuit, noſtrũ pro omnib. aliis nomẽ ꝓſcindendũ ſuſcepit, nact⁹ fortaſſis oportunitatẽ in quorundam animis & conſiliis, qui cũ *ſoli ſapere, ſoli bene-viuere, Ieſumque propius inſequi & comitari* ſibi videantur, atq; id palã ꝓfeſſi iactitẽt, me qui minimũ atq; adeo inutilẽ IeſuChriſti * diſcipulum ago, odio habuerũt gratis Atq; hi, quod neminẽ, qui aliàs benè audiat, palã imꝓbare audent, aliorũ quos ad eã rẽ occultè inducere poſſũt, ingeniis & nominib. abutũtur. Horũ autẽ nos nec artes fallũt, nec gregẽ prodere aut cognomẽ indicare iuuat. Vtuntur qdẽ illi *magno & inacceſſibili* ad ſuas agẽdas res *myſterio*; ſed qđ facile iis, qui ſimplicius apertiusq; agere volunt, pelluceat: quodq; nõ poſt multos annos tãdẽ aperiendũ eſt, virtute illius, qui illuminabit abſcondita cordis, & occulta tenebrarum. Tũc laus erit vnicuique ſecundum opera ſua.

* *nõ ſocium.*

EPISTOLA

EPISTOLA CL. V. ISAACI CASAVBONI APOLOGETICA pro ſe ipſo, ad Synodum Orthodoxarum Eccleſiarum Gall. *Gerganiæ* ad Ligerim congregatam.

Patribus ſumme reuerendis Eccleſiarum Orthodoxarum Paſtoribus, ad ſynodum Gerganiæ congregatis, ISAACVS CASAVBONVS ſalutem à Deo opt. Max. precatur.

ETſi facio inuitus, venerãdi Patres, vt grauiſſimas curas veſtras & occupationes interpellẽ: quia tamen ad Dei gloriã res, niſi fallor, nonnihil pertinet: faciendum omnino cenſui, vt teſtes animi mei literas haſce ad vos mitterem. Non enim dubito, perueniſſe ad plerorumque è vobis, ac fortaſſe omnium, aures, ſparſum de nobis totâ Galliâ rumorem, quaſi inibi eſſemus (quod nec commemorare ſine horrore poſſum) vt puriori Religioni, quam ab optimis parẽtibus acceptam, hactenus ſumus profeſſi, breui cogitaremus renuntiare. Hoc plenis buccis vbique locorum τοὺς ἐξ ἐναντίας ſcimus prædicare: hoc libellis editis,

quos variis è locis piii homines ad nos miſerũt, vidimus non dubitanter affirmatũ. Sed enim ante annum amici, quos habemus in Germania quàm plurimos, per literas nos monuerunt, Gaſparem Schoppium, iuuenem amœniorum Muſarum καὶ τῆς ἔξωθεν παιδείας amantiorem, quàm gloriæ Dei & Chriſtianiſmi ſtudioſiorem, Româ ad ſuorum multos ſcripſiſſe, Quod religionem mutaſſet, plurimum ſe in ea mente eſſe confirmatum, cum & nos idem non multo poſt eſſe facturos cognouiſſet. Quid multa? Tam conſtans fuit hic de noſtra in re pietatis inconſtantia rumor, vt non aliis tantum in locis, ſed & Geneuæ, (vbi lucem hanc primum vidimus, vbi tot annos non obſcuri χάριτι τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ, atque omnibus bonis chariſſimi viximus, vbi denique liberos noſtros etiam nunc in religione & literis educamus,) multi tamen ſint reperti, quos non mediocriter ea res commoueret. Nuper verò cum ad Pontificiorum partes vir magna authoritate magniſque in nos meritis tranſitum faceret, quod non eſſet obſcura amicitia quæ nos prius iungebat, iactatum hîc vulgo, & à multis etiam creditum, Triſte funeſtumque illius exemplum nos quoq; propediem ſecuturos, &, vt vetꝰ dictum eſt, ἕψεσθαι πέρκην μελανούρῳ. Tantum apud homines, minime quidem illos malos, ſed nimis profecto ταχυπειθεῖς, vt modeſtiſſimè dicam, eorũ callidiſſimæ technæ valuerunt, quos palã eſt

τὰ ψευδῆ

καὶ ψεύδη τοῖς ψεύδεσι propugnare, ὑπηρετοῦντές τι καὶ ὑπηκοοῦντες τῷ πατρὶ τοῦ ψεύδους. Quaſi verò nota orbi terrarum non eſſet iſtorum tenebrionũ αὐτοκρατεστάτη ἡ πανουργία πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. Hoſce igitur ſermones, venerandi Patres, licet integritate conſcientiæ meæ fretus poteram negligere, cum vel iudicio ſapientum vir bonus nihil præter culpam teneatur præſtare: tamen qui nihil vnquam prius habuimus, quam vt Eccleſiæ Domini quà facta quà dicta approbemus, σπερμολόγων iſtorum fraudibus qua poterimus cunq; ratione obuiam ire conſtituimus. Quod ſi graues non obſtitiſſent cauſſæ, fuit animus iſtuc me ſiſtere, & dolorem meum in ſinũ veſtrum effundere, quem ex nonnullorum ſimplicitate & credula nimis facilitate capio grauiſſimum. Nunc cum mutare conſiliũ fuerim coactus, oro vos Reuerendi Patres, atque obteſtor per immortalem Deum & μονώτατον σωτῆρα τοῦ κόσμου Ieſum Chriſtum, vt falſos eſſe fictosque omnes huiuscemodi rumuſculos ἀδιαπτώτως & conſtanter credatis, & aliis porrò pro veſtra autoritate ita eſſe perſuadeatis. Eſt Deo gratia, quod non adeo infeliciter in pietate fuimus à puero inſtituti, vt κλυδωνίζεσθαι καὶ περιφέρεσθαι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας ex ignoratione veritatis neceſſe habeamus. Acceſſit deinde & ſtudium, quod in ea parte poſuimus, & nunc cum maximè ponimus impenſius. Quæ quidem opera noſtra vt promouendæ gloriæ

Dei olim inſeruiat,& optamus toto pectoris affectu, &,ſi cœptis diuinæ clementia fauerit, etiam ſperamus. Sed non morabor vos pluribus. Deum veneror ſupplex, det vobis laborum veſtrorum, quos in tuitione Orthodoxę Religionis ſuſtinetis maximos, hunc exoptatiſſimum fructum, vt ad veritatis agnitionem & verè Chriſtianam concordiam Galliam vniuerſam videamus tandem conſpirare.

Valete Patres venerandi, & me ordinis veſtri obſeruantiſſimum veſtrâ beneuolentiâ dignum habete. Lutetiæ Pariſiorum prid. Nonas Maias,

MDCI.

IO. PASSERATII PRÆFATIVNCVLA IN DISPVTATIONEM DE RIDICulis, quę eſt apud Ciceronem in libro ſecundo de Oratore:

Recitata

LVTETIÆ PARISIORVM,

Cum

Dei gratia, Regis Chr^{mi} Henrici IV. virtute,

Literæ, externo ſcelere, domeſtico furore exſulantes; reuocarentur.

IO. PAS-

IO. PASSERATII PRÆFATIVNcula in Diſputationem de Ridiculis, quæ eſt apud Ciceronem in lib. II. *de Oratore.*

OSTENTVM ingens Neronis principatu factum narratur, cum, in agro Marrucino, Vectii Marcelli vniuerſum oliuetum viam publicam tranſgreſſum eſt: & contra, è veſtigio, in locum oliueti, arua ſucceſſerunt. Magis verò ſtupendum apud nos, ſuperiore luſtro, prodigium accidit, cum Hiſpania migrauit in Galliam: & in media Pariſiorum ciuitate ſuperbè inambulantem Celtiberiam adſpeximus. Tum quidem primum fateor, non abſurdam iudicaui Cleanthis & Icetæ opinionem, ſupra ſtare omnia, ſolam in mundo terram moueri. Huc accedebat, quod pleraque huius regni oppida, ſæuiſſimis agitata ſeditionum procellis, & ſuis pænè cõuulſa ſedibus, Symplegadum inſtar, inter ſe concurrebant: populique velut œſtro perciti, in mutuam præcipites ferebantur perniciem. Itaque, in ea rerum perturbatione ac vertigine, non po-

tui inducere animum, ſtare terram: aut audiendum eſſe Plinium, qui negat Galliam quati terræ motu. Facio inuitus vt recorder ciuium inſanias, quas præſtaret obliuione ſempiterna obruere: ſed neque ciuium numero habendi ſunt Catilinæ, & Cethegi: neque facile eſt eam, quæ alte inſedit, doloris iniuriæque memoriam cito deponere. Quid enim iſti ſceleris & amentiæ prætermiſerunt? In regem ſuum, & optime de ſe meritum, perfidioſè coniurarunt: concitata per vim multitudine, regia ſua, ſolioque auito, quantum in ipſis fuit, immaniſſime deturbarunt: coacto latronum exercitu, audaciſſime oppugnarunt; iis ducibus in quos peruagatus ille verſus optimè conuenit:

Ἐν δ᾽ ἢ διχοστασίῃ κἀνδροκλείδης πολεμαρχεῖ. Ac tandem per cucullatum ſicarium, emiſſarium ſuæ factionis, nefariè trucidarunt: carcerem in Senatum, Senatum in carcerem effuderunt: priuata publicis, imis sūma miſcuerunt: cunctaque diuina & humana iura violarunt. Pręterea hominum formâ indutę (horreſco referens) in ædibus ſacris, ad homines verè ſacros, concionatæ ſunt Furiæ, & ad arma, cædes, incendia, ruinas, direptiones vrbium, populationes agrorum, regionum vaſtitates, perditiſſimum quemque impulerunt. Ventum ad ſupremum erat: & iam infelici patriæ acerbum funus ducebatur: iam ad

rogum

rogũ, cui ciuilis flammę ſubiiciebantur faces, mœſti atratique liberi parentem proſequebamur, cum exortus HENRICVS quartus, vt alter Aſclepiades, ſalutarem ei dexteram medicinamque porrexit, & ab Orci faucibus ad vitam lucemque reuocauit. Hic nos patriæ, nobiſque patriam reſtituit, ſi non rectiſſime valentem & incolumem, ſpirantem certè, & melius in dies ſperantem. Hic nobis lugubria detraxit, mœrorem lacrymaſque abſterſit, & communis incẽdii reſtinxit ignes. Hic à iugulis noſtris parricidarum gladios, & à ceruicibus grauiſſimum externæ ſeruitutis iugũ depulit. Abſque illo eſſet, victrix gentium Gallia, iis indigniſſimè parêret, quibus imperare conſueuerat, &

Impius hæc tam culta noualia miles haberet
Barbarus has ſegetes.

Pro quibus meritis, quas tibi laudes grateſq; perſoluemus? quæ vindici noſtræ ſalutis & libertatis præmia rependemus,

--ô qua ſol habitabiles
Illuſtrat oras, maxime Principum?
Quo nihil maius meliusve terris
Fata donauere, bonique diui;
Nec dabunt, quamuis redeant in aurum
Tempora priſcum.

Quos ego verſus hoc libentius vſurpo. quod eos nõ tam de Auguſto fudiſſe, quàm de Henrico IIII. multis antè ſæculis, Camænarum & Apollinis inſtinctu, ceciniſſe videtur Ho-

ratius. Difficilis & lubricus admodum locus, cui nunc inſiſto: nec dum plane cõſtitui, vtrũ tantus mihi rex ſilendus, an dicẽdus fuerit. Silere de tot ei⁹ benefactis ingrati animi crimẽ eſſet, quo nullũ turpius, magiſq; fugiendũ: de laudum ejus, rerumq; geſtarum magnitudine velle dicere, ingenii eſſet nimium confidentis: atque huc transferri poſſit, quod ſuper Æneide ſua ſcripſit ad Auguſtum Virgilius: Nemo ad hoc opus aggredietur, qui non laborare mentis vitio exiſtimetur. Fruſtra erit, & ludet operam profecto, quiſquis cũ tam inſigni argumento paria facere volet, in quo expoliẽdo pro dignitate, ipſi deeſſet vis & facultas Demoſtheni, & Ciceroni ſuũ eloquentiæ flumen exareſceret. Alexandrũ iſtũ vni Lyſippo fingere, vnique Apelli pingere conceditur: deterioris notæ artificibus fas non eſt eũ ſuo cælo vel penicillo committere. Viri prudẽtis eſt id duntaxat oneris tollere, quod ſuſtinere & perferre queat; ac Timanthem imitari, vt quod dicendo conſequi nõ poſſit, tectum inuolutumq; taciturnitatis & ſilentii velo relinquat. Quamobrẽ mihi ſatis eſt Regiam maieſtatem, tanquã aliquod numinis ſimulacrũ de via, aut à fani limine venerari; & libare tantũ, nõ etiã ſacrificare Genio Principis, pręſertim cum aliò mę vocet officii mei ratio. Proxima inuictiſſimo regi, & longo tamen interuallo proxima, ſalutãda eſt Academia, eorũ more, qui redeuntes peregrè, vel in bello capti, & poſt

poſtliminio reuerſi, ſaluere iubebant terram patriam, deos penates, cognatos, propinquos & quicquid iis erat cariſſimum. Adfuimus quidem corpore, coacti temporibus & neceſſitudine pænè fatali conſtricti: ſed procul abfuimus animo, voxq; noſtra obmutuit, quandiu hanc hoſtes, partim à ſuis deſertam, partim proditam occuparunt, & è ſacra profanā multis modis reddiderunt. Luſtranda igitur & expianda nunc Academia, Muſiſque iterum dedicanda, diligēti cautione adhibita ne amplius earum templa & cæremoniæ cōtaminentur. Id vt rectè fiat atq; ordine, abigendæ ſunt imprimis obſcœnæ volucres, quæ rapinis contactuque omnia fœdant immundo.

Decolor eſt illis vultus, taterrima ventris
Proluuies, vncæq; manus, & pallida ſemper
Ora fame. ——

Non agnoſcitis volucres: agnoſcite ſine plumis bipedes,

Curua quibus pullā ſubnectit fibula veſtem.

Has Harpyias niſi Senatus & ampliſſimi ornatiſſimiq; viri, quib. Academiæ, ſcholæque Regiæ inſtaurandæ tradita eſt prouincia, fugarint & exterminarint; vt pinnati Aquilonis filii in fabulis, fruſtra littoralibus diis vota nuncupabimus: rurſus ad eos ſcopulos, ad quos nuper eſt fermè adflicta, nauis noſtra referetur. Nequicquam in excolendo Muſarū fundo ſudabimus: nequicquam lolium, car-

duos, lappas, & tribulos extirpabimus, niſi ex agro noſtro hæc filix radicitus euellitur. Meminiſſe debemus quonam pacto profugi homines, nec minus vagi quàm Scythæ, noua gratuitæ doctrinę profeſſione vulgo cõmendati, huc irrepſerint, & ἀέκητι θεῶν in Academiæ parte conſederint: quibus artibus, inhiantes locupletum fortunis, diuites orbos, vel cælibes, deliros ſenes; ſuperſtitioſas mulierculas, & adoleſcẽtulos imperitos deceperint, & velut Circęo poculo, repentè immutarint: vt religionis ſpecie, quam inexplebili auaritię ſuiſque fraudibus obtendunt, equum Troianũ paulatim introduxerint: vt ſemper in inſidiis manſerint, & in ſpeculis ſteterint, proditionis occaſionem exſpectantes: vt ea oblata machinam ſuam continuo aperuerint, armatisq; hoſtibus hanc vrbem, & totam Galliam omni genere calamitatis repleuerint. Ne verò inſidias & paratam peſtem caueremus, neve impendentia proſpicientibus ac prędicentibus cordatis viris crederemus, obſtiterunt Corœbi quidã atq; Vcalegontes, qui plures in Ilio noſtro quàm Laocoontes fuerunt. Et hos adhuc habemus in ſinu Sinones?
Quid hos, malùm, fouemus, aut quid hi ſciunt,
Niſi vncta deuorare patrimonia? At gratis docent. Muta literulam, rem acu tetigeris, *Gratis nocent:* eoq; mactandi maiore infortunio, quod gratuitò ſunt mali: quanquam vix iſtuc ſibi perſuadebit, qui eos bene nouerit. Te-

rit. Teſtes honeſtiſſimæ ampliſſimęq; fami-
liæ, quarum ſanguinem pro leui docēdi opel-
la, & exiguo Minerual, iſti hirudines exor-
buerunt. Teſtis immanis eorum cenſus, qui
cum Regum ac ſummorum Pontificum opi-
bus certat. *Preclara liberalitas, repudiare
drachmam, vt talentum extorqueas!* Nouū ge-
nus benignitatis, pro ſtipe menſtrua, immen-
ſæ pecuniæ legata, opimaſque captare & rape-
re hereditates! Inſtitutio puerorum his au-
cupibus eſt illix, pēdebunt pulchrè qui ab ea
tranſenna turdi lumbricum petent. Gratuita
doctrina illis eſt pro hamo, vel potius pro re-
ti-iaculo, quo callidi piſcatores cuncta con-
uerrunt cum puluiſculo. Stolidi parentes qui
ſuos iis credūt liberos, eadem opera colum-
bas accipitribus, pullos miluiis, & oues com-
mittent lupis. Sed quid tandem iſti per aureū
funem de cœlo delapſi magiſtri, diſcipulis ſu-
is tradunt? nihil ſapere, ritus Hiſpanos, odiū
legum inſtitutiq; patrii, &, vt priſcis vtar ver-
bis, imbelliam, imbalnitiem, impolitiam, im-
parentiam, meramque cum Lauernæ ſacris
barbariem: quam conſulto huc inuexerunt,
opinor, vt eam ſoli docerent. Interim delite-
ſcunt in vepretis noſtris nitedulę, quæ rem
ciuium arrodunt: nobiſcum impunè verſan-
tur ſpeculatores & exploratores Philippi, &
eius tyrannidis acerrimi ſatellites. Atqui di-
ſcuntur apud eos boni pudicique mores. Sa-
ne triſtes cum aſpicias, frugi cenſeas: nec ta-

men ſi fibulam geſtant, ſunt Hippolyti ; nec ſi bonos auctores euirant, ideo bonis placēt; Gallis præſertim , quibus natura ſunt inuiſi Deliaci. Magna laus eſt ſcilicet , ac palmarium facinus, ex hirco caprum, ex ariete veruecem, ac ex verre maialem facere. Atque vtinam fabri patribus eorū, qua parte opus fuit, perpetuā impoſuiſſent fibulam: recta hìc nō deprauarent ingenia , dum curua corrigere videntur , nec Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, ſuos edocerēt artem mētiendi, & dolos, quos appellant induſtrios. Quid autem aliud præciperent vulpeculæ, ſi ſcholam aperirent? Sic amant verum hi Chamæleōtes, polypi, ac ſtelliones. Huiuſmodi doctrinam, & hos mores, nos illis non inuidemus: ſibi habeant, abeantque ſimul cum ſtrigibus ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας: & illuc reuertātur vnde malum pedem huc attulerunt. Iāpridem vaſa collegerunt: profectionis ſignum datur: quid morantur amplius? Academia noſtra certè, quæ longum periculoſumque morbum eorum contagione contraxit, niſi hoc leuetur vomitu, vix vnquā conualeſcet. Reliquum eſt vt de ſuſcepti muneris ratione pauca diſſeram: & cur potiſſimum ad Diſputationem de Ridiculis illuſtrādā aggrediar, breuiter exponam. Principio in vrbe, inuictiſſimi regis virtute ac felicitate, modo libera, libere hoc eloquar: ſimul atq; tuto mihi ridere licuit, ridere libuit. quid facerem? inquit Arpinas Attico, plorando feſſus erā. Ve-

ſcan-

ſcantur betis fatui: viuāt inſulſi quibus diſplicent ſales: Ruri degant ætatem inter raſtros & ſarcula: inter rubos ſenteſq;, ſtolones ipſi, ac frutices, conſeneſcant, quos non delectat vrbanitas. Si quis flere quā ridere mauult, per me licet: ſolas cæpas prandeat, ſolum cœnet ſinapi, ſolumque fumum bibat: & ad tam bellum conuiuium bellos homunculos, amicos noſtros, illos dico fibulatos, quotidie inuitet: ſimiles habebūt labra lactucas. Cum nobis riſum vt peculiarē natura dederit, humanum, & naturæ conſentaneū putamus, ridere potius quā ringi, quod canum eſt & aſellorū. Riſus autem non ſolum honeſta & liberalis, ſed etiā ſacra res eſt. Vt enim Vitulinæ & Lubentiæ, Lętitię præſidibus, Romani diuinos honores decreuerunt: ſic Riſum in deos retulerunt Gręci, diemque feſtum inſtituerunt, & annuos ludos cum ſolēnib. ſacris ei deo fecerūt: pręcipue Theſſali, & ex iis Hypatēſes, qui veneratione cultuq; γέλωτος θεοῦ valde celebres & inſignes extiterunt. Lycurgus quoque, ſeueriſſimę ac rigidiſſimę auctor diſciplinę, Riſus marmoreum ſimulacrum Spartæ in delubro poſuit, ſanxitq; vt ciues ſui, militiæ laboribus perfuncti, ei deo religioſe ſupplicarent. Nempe ſapientiſſimus legiſlator ęquum putauit & vtile, ſicut corpora quiete refici, ita & mentes hilaritate recreari. Quāobrem rideamus & iocemur, quod fiat bono modo: quando nos ab omni reprehenſione & ritus Laco-

num,&Lycurgi tuetur auctoritas. Adſtipulātur illis philoſophi à Zenone, quibus non ſatis fuit eloquentiam appellare virtutem, niſi riſus & vrbanitatis facultatem eodem nomine decoraſſent. Riſum ſibi comitem,& ex eo iucundum cognomen Venus aſciuit, quoniá ſine Riſu eſſet Venus inuenuſta: vt & ipſæ, quæ Veneri ancillantur, ſine Riſu eſſent ingratę Gratiæ. Ex animo nunquam is dolebit cui Riſus erit propitius. Æquus fuit Riſus Democrito, Heraclito iniquus: vnde fata illorum contraria: & alterius perennes lacrymæ, alterius perpetui cachinni. Adfuit Riſus naſcēti Zoroaſtri, qui vnus mortalium riſit quo genitus eſt die, futuræ incredibilis ſciētiæ felici præſagio. Riſus ad dicendum neceſſarius, non vtilis modo, vel vt languentes excitet audientium animos, vel vt infenſos deleniat,& conciliet auerſos. Sæpe orator quæ negare non eſt, aut defendere, tempeſtiuo riſu & cauillatione deflectit, ac aliò tramittit, coniectique in ſe teli vitat aut retundit aciem: quemadmodum bonus gladiator, parua quadam declinatione motuq; corporis, aduerſarii petitiones eludit. Riſu ſæpe obruuntur, vel eleuantur, quæ contentione frangi, refelliq; argumentis nō poterant. Sic noſter Tullius repetundarum reum,& haud dubiè ſontem L. Flaccum, iudicio & pœnæ legum eripuit. Sic idem patronus L. Murenæ in manifeſto ambitus crimine, ſalutē dignitatemq; tutatus eſt.

Quid

Quid quod in bello interdum plurimum valent riſus & facetiæ? Iocatus in Giſconem Annibal Romanorum multitudine perterritum exercitum ſuum confirmauit. Lacedęmoniis iratum regem Philippũ vna falsè ſcripta placauit literula: & qui milites in tentoriis regem Pyrrhum probris lacerauerant, faceto tranſlato in lagenam crimine, è periculo capitis, regiæque iracundiæ flamma euolauerunt. Nimis longum eſſet ſingula id genus perſequi. Itaque finem facio, quod vereor in aurium veſtrarum faſtidium incurrere, & quod iſta cras melius ex ipſo Cicerone audietis.

EX ADRIA-

EX ADRIANI TVRNEBI EPISTOLA AD CAROLUM Lotharingum Cardinalem, de Profeſſorum honorario, in *lib. Poem.* ipſius, pag. 59.

Quæ noua ſurrepit ſecta, & mentitur Ieſum,
Dulce latrociniis prætendens nomen operis,
Tartareis emiſſa vadis ſpoliaria plebis
Inſtituit, ſperatque ſuos ditare latrones:
Iamque gregem paſcit ſimulatio dira rapacem,
Semper inuncantem viduarum è viſcere prædas,
Fallentem pueros & inertia pectora vulgi,
Veruecum in patria craſſoq; ſub aere nati.
O laruæ & lemures, veſpertilionis habetis
Caligantis opes, & cæcæ pignora talpæ.
At nos, fallaces qui nec præſtare ſophiſtas
Poſſumus, aut volumus, populum nec depopulari
Sueuimus, aut fraudare: ſolo nec vendere cœlũ:
Qui rectum virtutis iter ſine fraude docemus,
Præmia quæ ferimus? vix vt toleremur in vrbe,
Quam ſpoliat prædo togulam cui fibula nectit.

ADSO

AD SOTERICVM GRATIS DOCENTEM.

TE gratis narras, Soterice velle docere.
Vt gratis agat ergo tuo ſuadeto patrono,
Qui vocem multo venalem venditat auro.
Procurator item facito tuus improbet aurum,
Summittatq; genu nulla mercede redemptus.
Quinetiam ſanctum, te quæſo, doceto ſenatum,
Ne petat à noſtro ſtatui ſibi commoda rege,
Sportellasque dari. ſed procurator opellam
Si vendit, ſi cauſidicus ſua verba locare
Conſueuit, ſi legitima mercede ſenator
Donatur, decus vt queat ordinis inde tueri:
Stoica quæ dicis credent paradoxa forenſes.
Lucra aſpernanti nemo tibi credet eorum.
Jlla fori quæcunque vides ſubſellia, quæſtus
Implet, & auguſtũ magna emolumẽta tribunal.
Quæ ſi quis tollat, fuerit mox curia ſola.
Te ſimulatorem, comœdumque eſſe putabunt,
Nec ſtipe contentum cenſebunt eſſe minuta,
Sed teſtamentis inhiare, lucrisque beatis:
Jnſidiatorem captatoremque loquentur,
Atque eleemoſynas auertere pauperis, atque
Amplas ſectari prædas. contemnere paruas.
Mallẽ equidẽ tibi grata foret mercedula parua
Quam congeſta ſimul Claromontana talenta,
Iudicio quæ ferre rapax conaris iniquo,
Debita pauperibus non nexæ ad guttura veſti.
Sed pietas iam nota tua eſt, animuſq; benignus.
Magna petis, qui parua fugis: pietatis auaræ

Huius amore tuum pectus ferueſcit & ardet.
Nemo velit quiſquã cauſa ſtipis eſſe latronum
In numero: maiora cupit, ſpoliare paratus,
Et iugulare homines: queis ſit dare præmia promptus,
Vt trahat in fraudem, ſpoliisq; exinde fruatur.
Exiguum ſic tu pretium contemnere ſuetus
Illicis vt iugules, fortuniſque omnibus orbes:
Euertaſque bonis, exheredeſque propinquos,
Et teſtatoris cenſu potiaris opimo,
Cui curatorem prætor dare debuit olim.
Eia age nobiſcum ſic, quæſo, paciſcere: triplex
Accipias pretium, legataq; cuncta relinquas,
Abſtineaſq; manus alieno & munera temnas.
Verum hoc Harpyiam certo ſcio nolle paciſci.
Gratuitum iactare igitur nolito laborem,
Quando in fortunas prædo graſſaris opimas.
Quid quod cũ ſoleas quartus quintusve docere,
Fucorum ignauas pecudes præſepe ſaginat
Mille, quibus nec diſcendi, nec cura docendi?
At nemo noſtrûm ſeſe tolerare potis ſit
Mercede, ignauos nedum nutrire queamus.
Præterea quare affectas in ea vrbe profeſſor.
Eſſe, profeſſores aliis quæ mittere ſueuit?
Diſcipulos quæ vix tot habet, quot docta magiſtros,
Oſtendunt feſtis vt compita picta Kalendis?
Vnum aſſem quoniã diſcentibus ipſe remittis,
Idcircone vrbeis rodent pecuaria mandræ
Ignauæ, Phariæq; examina ſcæua locuſtæ?
Quæſticulũ iuſtum qui negligit, imputat idque
Cui-

Ciuibus & regno, & prorſus ſe pernegat eſſe
Cuiquam oneri, nec habet fundatas cenſibus
vllis,
Queis ſeſe tueatur, opes, cenſore Catone
Exuuiis hominum & pręda paſcatur oportet.
Mercedem cur quę debetur negligis, illam
Quę non debetur tamen exigis? ede quid illi
Sint abs te docti, quorum bona prędo tuliſti:
Quorum legatis nunc fortunatus abundas.
Hoc tibi propoſitum eſt, hęc mens, cumulare bo-
norum
Congeriem, villas & prędia quęrere multa,
Atque poteſtatem vitęq;, neciſque parare
In ſtupidum vulgus: quod tu cum feceris hortos
Mox Epicureos ſegniſque, ſaturque peteſſes
Grãmaticoſq; omneis doctores, atq; magiſtros
Diſcipulorum inter cathedras plorare iubebis.

IN EVNDEM.

Acceptum gratis gratis donare neceſſe eſt,
Lex, ais, hęc noſtri certa ſodalitii eſt.
Si verũ narras, aut da quod & accipis, aurum,
Aut quę das aliis, nihil niſi verba, cape.

SCHOLA PARISIENSIS AD ſupremam Curiam Pariſienſem.

Illa ego quę magnos quondam tibi lęta Catones
Protuli, & excelſo ſemina digna foro.

Nunc etiam magno prolem generoſa parenti
Cur non dem, quæris? fibula ſuppoſita eſt.
Fibula parua quidem, ſed quæ ſi longius exit,
Obſtabit facili ſcæua puerperio,
Jamque ades, ô Lucina, tuæ ſuccurre parenti,
Nec patere hanc tecum ſic ſine prole mori.

AD P. IIII. P. M.

Gaudebunt faciles iam certa prole mariti,
Nec genium lecti fallere luſus erit.
Hoc tribuis Romane pater, dum lege ſeuera
Jungitur ordinibus fibula caſta tuis.

HÆC QVOQVE VVLGATA FVERVNT EODEM TEMpore, quo illa Turnebi.

Diſcere qui gratis ſoliti, gratiſque docere:
Ædificare domos, fucorũ aluearia, gratis,
Iuſtitiæ ſanctam gratis corrumpere dextram:
Edicta intrepidi contemnere regia gratis:
Teſtamenta ſenum captare & prædia gratis.
Pauperibus docti legata auertere gratis:
Qui populi mores turbatis & otia gratis:
Inſidias ſtruitis renuentes munera gratis,
Cum tactæ nares lucri maioris odore:
Cantatis gratis, gratis plorare iubentes
Sedibus antiquis mira quos pellitis arte:
Fas quibus eſt gratis pueris orbare parentes:
Vos ego adoro lubens: ô ſeruatoris IESV
Felices ſocii, & fatui noua numina ſæcli,
E noſtro vt migrent cædes ac prælia regno
Omnia qui facitis gratis, diſcedite gratis.

D. O. M.

OB LIBERATAM

à PERFIDIOSISSIMA SCELE-
ratiſſimorum coniuratione Ge-
neuam, pridie idus Decem-
bres Hyemali
Solſtitio.

Carmen εὐχαριστικὸν I. IACOMOTI Bar.

MDCIII.

MAGNIFICIS GENEVENSIS REIP. SYNDICIS, SEnatoribuſque Ampliſſimis S.

EXtant, Magnifici Syndici, Senatoreſque Ampliſſimi, innumera ferè diuini erga hanc ciuitatem fauoris monumenta, quę nulla temporum vetuſtas obliterabit vnquam. Verùm ex quo profligatis Pontificiorum mendaciis illi cæleſtis veritas affulſit, nullum hoc illuſtrius conſpici poteſt, cuius omnes fuimus nuper oculati teſtes. Quum enim ex finibus Allobrogum lectæ cohortes, vel potius allecti blandis Arbinii pollicitis latrones, pacis iuratæ ruptis fœderibus, hyemalis ſolſtitii longiore nocte, inſciis cuſtodibus, nobis dormientibus, ternis ſcalis muro ſuperato partem vrbis occupaſſent, vicinamque portam maioribus armatorum foris exſpectantium copiis, per vim aperire pararent (quod omnium prudentiorum iudicio factu facilimum fuiſſet, niſi θεὸς ἐκ μηχανῆς, quod aiunt, apparens, & noſtri miſertus, illorum mentes excæcaſſet) Ecce ciui-

bus

bus paucis eô aduolantibus, & fortiter tantis
furoribus nuda propemodum pectora oppo-
nentibus, tandem poſt vnius & ſeſquihoræ
pugnam ancipitem partim ſunt cæſi, partim,
muris deſilire coacti non ſine magna clade
profugerunt. Si oppreſſa nefaria manu con-
iuratorum iamiam triumphantium quaſi cũ-
cta forent debellata, captam vrbem immen-
ſa Dei benignitas vobis reſtituit, matronarũ,
virginumque pudicitiam aduerſus effrenem
impudiciſſimorum hominum libidinẽ pro-
texit, noſtris omnium capitibus imminen-
tes crudeliſſimorum ſicariorum mucrones
auertit, incendia domorum & rapinas impe-
diit. Et, quod rebus aliis quantumuis charis
veræ pietatis amantes anteferre ſemper ſolẽt
puritatem ſui cultum quã ex animo eſtis am-
plexi, ab impiis Antichriſtianorum blaſphe-
miis feralibusq; machinationibus vindicauit,
& cunctis Eccleſiis, quæ ipſum ex præſcripto
legis, quã tradidit, ſolum per Chriſti nomen
inuocãt, ob oculos propoſuit luculẽtiſſimũ
exẽplar perpetuæ curæ, qua ſuos ſibi ſemper
olim ſimilis tutatus eſt, nunc tutatur, & ad fi-
nem vſq; ſeculi tutabitur. Iſtius tantæ beni-
gnitatis cæleſtis ſenſus ſeruatam mirabiliter
ciuitatem excitauit, vt non tãtum publicè per
templa, ſed etiã priuatim per ſingulas domos
Dei Opt. Max. laudes prædicaret: Me impu-
lit quoq; vt Carmẽ hoc εὐχαριστικὸν verſibus ly-
ricis modularer, quod vobis offero, dico, de-

dicoque vt ſit mei ergo vos omnes totamq; ciuitatem ſtudii teſtimonium, & aliis, qui doctiori pollice citharas, fauentibus muſis, tractare norunt, incentiuum, quo meliora ad diuini numinis gloriam, & Eccleſiarum ædificationem reponant. Valete Magnifici Domini Syndici, Senatoresq; Ampliſſimi, & Deũ puris cordibus ſuorum conſeruatorem perpetuum inuocare pergite, vt vobis inuictum animi robur, & prudentiam hiſce periculoſiſſimis temporibus imprimis neceſſariam pro ſua erga hanc Remp. ineffabili bonitate largiatur. Ex Muſeolo noſtro, Calendis Ian. 1603.

Vobis & R[illegible]ub. Gen. commodis addictiſſ[illegible]us, J.J.B.

D. O. M.

VRBIS ET ECCLESIÆ GENEVENSIS SOSPITATORI PERPETUO, Carmen εὐχαριστικόν.

PAcatus audi, quas tibi nunc tuis
Seruata laudes auſpiciis dicat
Geneua, Rex Regum tremende,
Rex ſuperæ moderator arcis.
Cui terra paret ſubdita, & æquoris
Fluctus tumentes, dira tonitrua
Fulgur coruſcum fulminiſque

Horr.

Horriſoni violenta flamma.
Qui prępotentis robore brachii
Gentes tueris quę tibi ſeruiunt,
Quę te precantur, quęque legis
Iuſſa tuę metuenda ſeruant.
Nox longa brumę languidioribus
Velabat vmbris omnia: non polo
Phœbe micabat: nullus orbe
Stellifero radiabat ignis.
Quum lecta plagis Allobrogum manus
Bellaxque pubes, Arbinio duce,
Iurata pacis vincla rumpens,
Fraude noua ſuperauit vrbis
Somno ſopitę mœnia. Non domus
Illam propinqua, non vigiles prius
Adeſſe ſenſerunt, cruentis
Quam gladiis peterentur icti.
Tum cuncta credens ſubruta, nil niſi
Faces crepabat, ſtupra nefaria,
Strages, rapinas, quęq; victrix
Impietas meditatur atrox.
Non vagientum parua ſuis cohors
Cunis, nec infans matris adhuc ſuę
Cęlatus aluo, virginumque
Purpureus pudor efferatos
Vitaſſet enſes. Haud lupi ouilibus
Feruent refractis in trepidos greges
Crudelius. Non lęſa ſęuit
Vrſa magis, rapidęve tigres.
Cuncti periſſent immiſerabiles.
Non eiulatus, non querimonia,

Non ſupplicans fletus, latronum
Indomitas tenuiſſet iras.
Sed Patris Almi certa benignitas
Noſtri miſerta eſt: propulit impetus
Tetros Gigantum: fregit arma
Sanguine ex ſociata turmæ.
Nam dum relictæ cum pueris domi
Matres amicis te, Deus optime,
Votis ſerenant, atque voce
Auxilium lacrymante poſcunt:
Mox excitatis ciuibus, annuis
Vires paratas pro patria mori,
Pro veritate, & pro pudicis
Coniugibus, tenerisque natis.
Sic roborati non ſine ſanguine
Hoſtem fatigant fœdifragum, & tuo
Fauore freti ſauciatum
Vulneribus variis repellunt.
Nunc ergo acerbis ſoſpes ab hoſtibus
Geneua nomen concelebrat tuum,
Rebusq; turbatis fidele
Perfugium, columenq; clamat.
Tu, magne vindex tu trepidantium
Imbelle firmas robur, & improbos
Tollis tremores: tu redonas
Lætitiam remoueſque planctus.
Tu noſtra ſeruas mœnia fortior,
Non ſtrictus enſis noſter, & excubans
Cuſtos. Senatorumq; prudens
Conſilium, vegetaque cura.
Tu perduellis perfidiam & dolos

Inſe-

In ſomnis atra nocte vigil tuæ
Plebi reuelas. Hinc quietos
Te capimus vigilante ſomnos.
Sic perge mitis. Dux bone milita
Nobis benignus ſemper, & hoſticos
Contunde conatus: furentis
Tela Ligæ truculenta rumpe,
Cui lingua fallax, Punica cui fides
Sancita pacis fœdera proterit
Periuria ludens, mouensque
Cum furiis Phlegethonta totum:
Ut (Regna Chriſti vertere ſi queat,
Legisque Sanctæ dogmata) præſulum
Horrenda graſſetur Tyrannis
Romulidum, rabidusq; feruor,
Quo geſtit omnes aut laqueo, aut cruce,
Aut enſe duro perdere, & ignibus,
Eidola quotquot fœda damnant,
Miſſificûm & ſceleroſa ſacra.
O noſtra dele crimina, dilue
Noxas feroces, ne meritis reos
Iudex ſeuerus plecte pœnis.
Parce, Pater, veniam precamur.
Ne, ſi profeſtis præda cohortibus
Te ſimus aures ſupplicibus tuas
Claudente votis, facta laudent
Artificum ſimulacra dextris.
Et ſpem tuorum ludibriis petant,
Dicantq; fruſtra fidere nos tuis,
Rex ſumme, promiſſis precesq;
Poſſe nihil querulosq; fletus.

Nos ſæpe recto tramite deuios
Abducit error, cordis & impotens
Æſtus, voluptatumque dulces
Illecebræ, nimiusq; amœni
Cupido lucri. Te colimus tamen
Duris vocantes temporibus Deum
Iuuare præſentem, & gementûm
Sollicitas recreare mentes.
Solum veremur te Dominum, & Deos
Abominamur ſtercoreos, tuis,
Et quicquid edictis repugnans
Gens hominum malè ſana fingit.
Nos lenis audi, nam ſcelerum pudet:
Vultu ſereno reſpice ſupplices
Queſtus, & immenſa precantum
Exupera bonitate culpas.
Quid? Antichriſti ſacrilegam ſines
Regnare ſemper barbariem, & tuum
Vbique blaſphemis furentem
Opprobriis lacerare nomen?
Quid? Ieſuites tartareo manus
Sicariorum dogmate faſcinans
Accendet, vt ſacros venenis
Et gladio violare Reges,
Impune tentent? obſequium & ſuis
Negare plebes principibus docens
Rebelliones paſcet, atque
Bella ſeret miſeranda paſſim?
An Chriſtianum Bæticus horridis
Implebit orbem ſeditionibus?
An ducet oppreſſa triumphos

Magni-

Magnificus pietate victor,
Si nulla lucis conſcia olympica
Vrbs te decoris tollat honoribus
Chriſtique ſolius ſequatur
Verba tui faciles que nutus?
Hæc cuncta cæli deſpice ab axibus
Celſis, honorem nec patere vt tuum,
Cultusq; mandatos, Iberi
Sæuities truculenta perdat.
Rex ſumme, Reges protege, perfida
Turba rebellis conſilia obrue.
Paces beatas redde terris,
Bella procul rabioſa pelle.
Fac cedat error. Fac, vigeat tuis
Doctrina monſtrans nutibus obſequi.
Fac poſt Tenebras *vt fruamur*
Luce *tui radiante vultus.*
Tu celſa rupes, turris ahenea
Munitus agger, non ſuperabile
Robur Geneuæ foſſa, vallum,
Præſidium, validusque murus.
Te læta cantat, teq; ſuæ auſpicem
Dicit ſalutis. Da venientium
Miretur hæc ætas nepotum
Facta tua memoranda dextra.
Hæc cuncta norint ſecula. Gens ſimul
Hæc norit omnis, teq; patrem vocet:
Tantaque virtutis ſtupenda
Rite notans monimenta laudet.
At ciuitatis diſcite præſides
Nunc ſoſpitatæ, quid valeat precum

Spes fulta cælo puriorq;
Relligio pietasq; vera.
Eſtote fortes, pergite mentibus
Seruire caſtis cælicolûm arbitro.
Nullos timebit tutus hoſtes,
Qui ſuperum timet vſq; Regem.
Et vos perenni nectare quos ſuas
Paſtor ſupremus paſcere oues iubet,
Regnique cæleſtis nitentes
Claue data reſcrare portas,
Eſtote fortes, & ſtabulis lupos
Arcete, veſtrum ne lacerent gregem.
Terrete plebes ne profeſtis
Criminibus ſuperos laceſſant.
Vosq; vrbe tota, quos miſerans Deus
Extraxit Orci faucibus, & ſuo
Fauore quos pergit tueri,
Hunc vario celebrate cantu.
Te pura laudet nupta, nec hoſtium
Vim paſſa virgo. Te Iuuenum chori,
Et blanduli infantes, ſenumq;
Canities veneranda laudet.
Te laudet ætas omnis ad ætherem
Palmas ſupinans. Per fora, per domos,
Per templa ſeruati canora
Voce Deum reſonate ciues.
Et vos recepti viuite nunc polo,
Quos præliantes fortiter, & feram
Muris repellentes cateruam
Funereus iugulauit enſis.
Vobis honorum Patria ceſpitem
Protecta veſtris vulneribus ſtruit.
Mors veſtra viuet: viuet vſq;
Per memores decorata faſtos

FINIS.

A01.147021

B
V